DEXTER VSVS TVENDAE SANITATIS.

IN QVO CONTINENTVR QVAE COGNOscenda, quæ eligenda, & quæ agenda sunt pro tuenda sanitate.

De Balneo Sancto Castri Satiriani in comitatu Senarum nuper inuento.

De quo narrantur antiquitas, latentia, & surgentia natura, & proprietas in morborum curatione.

Francisco de Thomasijs ex colle vallis Elsæ Medico, & Phisico authore.

VENETIIS. Apud Ioannem Variscum, & socios.
M D L X X X.

DEXTER VSVS TVENDAE SANITATIS.

Franciſco Thomaſio ex Colle Vallis elſe Hetruſco Medico, Phiſico, authore.

OMNES homines qui ſtudent in cunctis artibus, ſcientijsq; maxime præſtare, ſumma ope niti decet, illam ſecum præmanibus ſemper habere cognitionem, quam quiſque dexter vſus in ſingulis omnibus facillime pollicetur. Quod autem hoc ſecundum vniuerſum contingat, manifeſtum eſt ſpeculantibus in omnibus Sed multò magis euenire poteſt in medicina, & euidentius eluceſcit: Nam medicæ adminiſtrationes non ſolùm hunc cognoſcunt, ſed per hũc modum fiunt. Verum contingit hoc facilius peritis, quam imperitis in hac arte. Imperiti ſiquidem credunt ſe habere, & non habent. Periti verò non ſolùm habent dextrum vſum tuendæ ſanitatis, imo cognoſcunt, ipſumq; ſecant in has tres partes, videlicet, quæ cognoſcenda, quæ eligenda, & quæ agenda ſunt pro tuenda ſanitate. Quare prudens medicus, & expers omnis temeritatis ſecundum cognitionem, electionem, & actionem, non tantum hunc poſſidet modum, & habet, quantum pertinet ad opinionem, ſed quantum ſpectat ad iudicium: Atque ei credendum eſt, tanquam pro-

bato iure: Nam in meditatione alia non pollicebitur ; præter, ea quæ pro futura videbuntur: Nocitura verò vitabit tanquam ea quæ ad tuendam ſanitatem, producendamq; minime conferre debere arbitrabitur. Inſuper dexter hic vſus eſt, qui probatam in ſe continet vtilitatem non tantum in tuenda ſanitate, ſed in præcognoſcenda præcauendaq; ægritudine. Id quod manifeſtatur. Etenim ipſe declarat temporis opportunitatem in cognoſcendis rebus, medicationis explicat congruitatem ſecundum dictionem, & actionis neceſſitatem dilucidat, vt prorſus tuta ſanitas cuſtodiatur, & a periculo conſeruetur, & redimatur. Quare optimi medici munus eſt conſequi ſanitatis conſeruationem, eam non lædere, aut ſi vitium cognoſcit, cauere ne ſanitas lædatur, ſed diu proſperè ſuccedat. Id quod ei feliciter ſucceſſurum ſperò, qui dextram huius ſalutifere artis rationem, & vſum totis viribus aſſequi non dedignabatur.

QVAE COGNOSCENDA SVNT PRO TVENDA SANITATE.

QVONIAM omnis notitia de humano corpore secundum uitam ex ijs, ex quibus constituitur, miscetur, nutritur, & regitur, ortum habet: Ideo dicendum esse arbitror corpus hominis constare ex calido, frigido, humido, & sicco non secundum, quod simpliciter qualitates sunt, sed, prout corpora per sensum nota existunt, ex quibus inquam fit, & in quæ dissoluitur: Sic & quibus, & per quę cognoscuntur tum ea, quæ ad existentiam eiusdem corporis spectant, tum etiam ad conseruationem conducunt producendam. Sed animaduertendum esse reor, quod componentia humanum corpus, per se non ita simplicia corpora sunt, ut nullam de se præbeant commixtionem. Imo secundum Hippocratem, quicquid sunt ad mixtionis vnitatem venire conspiciuntur, eo quia habent inter se quoddam symbolum, secundum uicissitudinem alterationis, perquod hoc, vel illud temperamentum constituitur, atque componitur. Distincta igitur, & separata inter se nil faciunt ad uitam: Etenim frigidum ingreditur opus naturæ: In humido nulla est consistentia.
In sicco nulla, seu difficilis receptio: Et a calido habet ortum coactio, & liquatio corporis sine uita.

Verùm quando hæc quatuor ueniunt ad unitatem secundùm mixtionem, tunc de se faciunt temperamentum, quod nunquam dissolutionem patitur, nisi eam quam habet uitam, quando cum morte commutatur. Cognoscuntur autem hæc in corpore tali pacto: frigido continentur uiscera, unde spiramus. Calore continetur anima, qua uiuimus, & sentimus: sicco fiunt ossa, quæ uires præbent ad substinendum laborem. Et ab humido generatur sanguis, quo hominis alitur uita: Vnde Poeta inquit, & multo uitam cum sanguine fudit. Itaque cum vita corporis secundùm Aristotelem sit permansio calidi in humido: Satis quidem commodè uiuitur, nutritur, & diu protenditur corpus hominis secundum uitam, quando non deficit, unde reficiatur. Et refectio esse debet, per quod uiuens longius, diutiusque protendi ualeat. Non inquam deficit, sed continue reficitur, quando calidum, & humidum sufficiunt ad uiuentis corporis condecentem refectionem, & institutionem.

Insuper

Insuper per uiscera uenæ procedunt, quæ sanguinem continent, sanguis animam, anima uitã suggerit: Spiritus aerem elicit, ossa neruis munita robur, & uirtutem præstant corpori. Hinc est, quod quando sanguis superabundat, salubritatem corporis uitiat, eo quia aut in pus conuertitur, ueluti apparet in uulneribus, aut fit pituita, ut te stãtur nauseabundi, aut ex eo nascitur amabilis, & atra: Et tunc est omnium morborum genitura, & mater. Signa autem cognoscenda hæc sunt. A pituita nascitur perfrictio, Abile comitantur calores. A sanguine corruptio, seu putrefactio sequitur, quando prænimia quantitate, & qualitate modum excedit, & superat temperamentũ. Et quod dicitur de sanguine secundum excessum, intelligitur etiã de cęteris aliis humoribus: Nam quando modum superant, tunc naturæ cursum impediunt, aliqua uitia corpori inferunt, & in quacũq; corporis parte incumbunt, eam fatigant, læduntq;. Cognoscenda autem tali pacto sunt. Quandocunq; sanguis superabundat, putrefit, & putredo cognoscitur, quando os hominis fętere incipit, aut quando corpus eius incidit in languorem, uertitur in malum odorem, acquirit malum colorem, & a uehementi anhelitu premitur, atq; defatigatur. Quæ omnia incomoda non solùm cognoscęnda, & uitanda sunt, sed etiam destruenda, quando contigerint. Cognoscenda aũt prius sunt, deinde tali pacto commendanda, ne mortifera fiant. Sed quomodo distincte in omnibus partibus humani corporis per signa naturalia sint cognoscenda, inferius uidebitur, videlicet quando prius facta, seu habita distinctione humani corporis in partes, postea secundum proprium sensum diiudicabuntur.

Partitio itaq; humani corporis secundum Platonem est primo in eas partes quæ pęnitus imperant, ut cerebrum, & animalis facultas, Secundo in eas, quæ partim imperant, & partim imperantur: ueluti sunt pręcordia, & facultas uitalis: Et tandem in eas partes, quæ subsellares dicunt, quæq; penitus deseruiunt, & est facultas naturalis. Sed alio modo Hippocrates partitus est hominem. Etenim prima pars est caput: Secunda thorax: Tertia uenter: Quarta uesica. Quas quidem partes cognoscere debet per proprios motus quicunq; salubritati suæ, aut alienæ præcautionem habere desiderat. Et primo incipiendum est a uesica tanquam a notiore secundum executionẽ: Etenim quando homo summo mane surgit e lecto, facit urinam: Quæ si candida est, & ante prandium mingitur rufa: deinde post prandium candida, & ante cœnam rufa: salubritatem ostendit:

Quod

Quod si ecōuerſo ſummo mane colorem mutauerit, tunc uitium infirmitatis inſinuat, declaratque: Ita etiam cognoſcendæ ſunt egeſtiones non multitudine, & paucitate, ſed ſecundum conferentiam, & leuitatem. In quibus deiectionibus ſi contigerit error naturalis, aut ſecundum exceſſum, aut ſecundum diminutionem, aut ſecundum odorem, colorem, & conſiſtentiam, tunc aut diminute nutrietur corpus, aut plus quam ratio poſtulat augebitur, aut in morbum incidet, unde male torqueatur. Secundo a uentre ſalubritatis notæ ſunt cognoſcendæ: Etenim quando uenter non uertitur, non turbatur, acribus doloribus non affligitur, amaritudinem cibi, & potus ad os non refert. Similiter & genua non ſuccidunt, lumbi non grauantur, non contrahuntur, & cum his totum corpus non protenditur, non tardantur pedes, pigra non fiunt crura, renes non indoleſcunt: Et poſthæc febriculæ non incurrunt: Itaque hæ notæ ſunt, quæ uentris ſalubritatem oſtendūt: Infirmitatem autem futuram prænunciant, quando comprehenduntur ab Hippocrate ſub unico uerbo ſpontaneæ laſſitudinis.

Tertio, notæ ſalubritatis, quæ a thorace ſumuntur, hæ ſunt. Caput non ſudat, neque ſudorem indicat: lingua non fit ſolito craſſior, os non amarum, tonſillæ non dolent: oſcitatio aut nulla, aut non frequens: ſomnus, & quies uitæ modum habent: torpor membrorum nullus, non cura, ſeu angor animi, non prurigo corporis, brachiorum, manuumque: haud quaquam tremor, nulla tuſſis arida, ſiue inquieta. Contra uero ſi quid ex appoſito acciderit, tunc exiſtimandum eſt uitium graue corpori imminere, per quod a ſalubritate dehiſcet. Et tandem notæ ſalubritatis, q̄ a capite ſumuntur, hæ ſunt: Nullus capitis dolor adeſt, ſupercilia non grauantur, tempora non ſaliunt, aures non ſonant, non lachrimant oculi, nares non repletæ odorem ſentiunt. Quæque ſi ex oppoſito contigerint, capiti inſtare morbum prætendunt. Quibus omnibus partibus, & ſingulis aliis ab his conſequentibus ita per diſtinctionem cognitis ſuccurrit, ſubitque hic dexter vſus non per curationem, ſed per præcautionem, ut inferius per ea, quæ agenda ſunt apprime declarabitur: Animaduertendum tamen, quod præcautio utique ſanatio eſt. Etenim medicus, qui hoc pacto facit, cauet ne corpus cadat a ſanitate in ægritudinem. Et qui curat, hoc agit, ut quando corpus iam cecidit,

habeat

habeat a morbo ad ſalubritatem aditum, & recuperationem. Qua propter qui dextrum hunc poſſidet uſum, & cognoſcit, quæ narrata ſunt, facile pręcauendo inſtabit, ne uitium, quod imminet, & periculum minatur, fiat morbus. Dicit Poeta, Principiis obſta, ſero medicina paratur: Et Hippocrates inquit, parua cauſa medelis exoluitur, niſi quid locum principalem offenderit: Nam quę præcautiones non ſic ſe habent, non eſt mirum, an ſit parata uia ad ægritudines.

Et quantò sera eſt pręcautio, tantò fit firmior morbus, qui cum difficultate remouetur. Itaque quod præcaueri poteſt ad ſalubritatem cognoſcit hic dexter uſus, ſed quod in afectam ęgritudinem conuerſum eſt, non intelligit, ideo aliunde ſuadet petendam fore curationem.

QVAE ELIGENDA SVNT PRO TVENDA SANITATE.

QVAE cognoſci debent a peritis hominibus pro tuenda ſanitate ſecundum dextrum uſum breuiter, & compendioſe enarrata ſunt. Nunc uero eodem quippe modo quę ſunt eligenda, ut diutius uita protrahatur quantum poſſit, paucis etiam prouidere non erit moleſtum: Conſequuntur ſe ſe inuicem cognitio, & electio: Sed melioris eſt conditionis electio: Etenim cognoſcunt animalia quę proſunt, ſed tantummodo mouentur ad id, quod adeſt, & quod præſens eſt & commodum, illud ſequuntur, & non diſcernunt præteritum, aut futurum. Homines uero qui ſunt ratione capaces, per quam conſequentia cernunt, & cauſas rerum uident ex induſtria, ſecundum terminatum conſilium eligunt omne id, quod ad pręſentem ſpectat ſanitatem, & futuram præcauendo tuentur. Ideo de induſtria etiam hic dexter uſus tuendæ ſanitatis electus eſt, ad hoc, ut quę eliguntur a peritis hominibus habeant probationem, & ſi quid ſupra homines eſſe uideatur, meliora eligantur, unde uoti compotes fiant. Atque hęc quidem omnia non idiotis clara ſunt, ſed peritis in re medica manifeſta. Eligunt namque idiotæ plerunque quę non cognoſcunt, & non habent unde male electa recognoſcant ſua, ſed periti non ſolum rectam habent electionem, uerum pręci-

pientes

pientes idiotis, quæ consentanea sunt, ipsi non renuunt, nec transgredi possunt. Longè enim magis consentaneum est idiotas non posse facere, quæ imperantur, quam peritos in arte medica non conuenientia iubere. Cognitio itaque de qua supra habita est oratio declarat an homo sit sana mente, sanoque corpore, an possit præsentia aggredi, præterita ratiocinari, & futura prouidere. Id quod perito in arte in tantum euenire solet, vt cadentes in ægritudinem glorientur palam se illius ope sanitati restitutos esse, cuius munere a morbo redempti sunt. Insuper autem electio facit hoc amplius, vt Deo assimiletur, qui præcipiendo naturæ facit, vt indemnis a morborum incursionibus releuetur. Igitur qui non cognoscunt, quæ supra dicta sunt: videlicet vnde totum corpus, & qua parte, & ob quam causam possit lædi, minime poterunt eligere quicquid ex præsentibus agendum, vel futurum sit, neque quicquid ex eorum similibus esse valeat pro tuenda sanitate. Imo comparabuntur illis hominibus, qui dolent presentia, timent futura, pleni morbo, inanes auxilio, facientes, quae morbo grata sunt, non assumentes, quæ ad sanitatem spectant, & tandem non amantes mori, sed coacti ad mortem intereunt. Quare bonum est cognoscere, quæ ad vsum sanitatis spectant: sed melius est eligere. Nam virtus cognitionis manifestatur in electione, sicut electio in actione declaratur. Electionis autem principium ab appetitione petendum est, ea tamen ratione, quae ad finem pertinet. Quare tunc electio bona est, quando rectum finem consequitur. Atque hoc pacto electio est appetitio eorum, quæ sunt in nostra potestate, cum antegressa est cognitionis deliberatio: & in ijs consistit, quæ sub actionem cadunt. Igitur post cognitam sanitatem, eligenda est præcautio, seu præcognitio, vt diutius conseruetur. Et quid aliud est præcauere, nisi ante cauere? sic & quid aliud præcognitio, nisi ante quam cadat sanitas, cognitio eorum, videlicet morborum, quos corpora hominum patiuntur: vtrum superet sanitas morbum, vel morbus laborem præstare possit sanitati. Atque hoc magni negotij est eo, quia in dies corpus hominum mutari conspicitur, & difficile videtur, vt homo in tota eius vita bono semper habitu fruatur. Nam, vt inquit Hipocrates, per tempora venientia alterationes pati necesse est. Mutatur siquidem cibo, potu, somno, vigilia, inanitione, repletione, labore, quiete, accidentibus animæ, aere, & annexis. Quare necesse est,

vt multa cura, solertiq; ingenio salubritatem tueatur, & eligat quæ necessaria sunt; non necessaria fugiat, & violenta spernat, & vitet, tanquam ea, quæ longe a tuenda salubritate aberrant.

Aer eligendus.

TAnta quidem omnibus corporibus aeris necessitas urget, vt si quidem omnibus alijs, quæ ad vitam faciunt, abstineat homo videlicet a potu, & a cibo, potest tamen duos dies, uel tres, & plures viuere. Contra vero si aeris viæ intra corpus intercipiuntur, nec diu viuit, sed breui interit, moriturq;. In super aeris ratio multa habenda est. Qualem enim inuenimus, talem attrahimus, dicit Galenus. Quod si sanum inuenit, sanitatem, sin morbosum, morbum in corpore manifestum est: si uero aut plus, aut minus, aut uiolentius, aut cumulatius, aut morbidius, sordibusq; inquinatius in corpus se se ingerit, hic est ille aer, qui fugiendus est. est autem eligendus bonus, purus, temperatus, clarus, & bonæ existentiæ. Atq; hic ille est, qui per temperamentum pugnat cũ temporum, locorum, & cãrum mutatione: sed enim sciendum est quod aeris natura &q; atq; afficit corpus, ac medicina, imo plus etiã. Nam eius continuitatem, & inhærentiam fugere nequaquam possumus. In electione uero hæc cognoscenda sunt. Aer montium melior, conuallium peior, apaludibus nullæ bonitatis, amari minoris uitæ, & tandem pessimus, vbi ne animalium quidem, ne dum hominum corpora viuere possunt. Salubris igitur eligendus est, quo longior uita ducatur, & suauiter prorogetur.

Cibus eligendus.

QVod autem est famis remedium, illud est videlicet, quod famen sedat. Hoc sane facit cibus: Eo ergo malum illud præcauendum: Verum triplici nutrimento sustentatur corpus: cibo, potu, & spiritu. De spiritu, qui est flatus, & aer nominatur, tamquàm de re communissima dictum est: De potu dicetur. Sed de cibo hoc pro comperto haberi debet: Alit si quidem cibus quatenus gustum mouet: Aliq etiam per similitudinẽ. etenim re simili quod simile est augetur. Item naturam corporis seruat usq; ad eum finem, ut alatur. Et tandem corpus est cibus,

quod

quod ſub tacta cadit. Differt autem a ſono, colore, odore, quæ licet corpora ſint, nec tamen alunt animantes, nec augent, nec interimũt; Notandum, quòd calor eſt qui cibum conuertit in leuem humorem; & leuis humor reficit corpus: Itaque calor ſeruandus eſt: ſed minime poteſt ſeruari ſine pabulo, & alimento, quòd tale de ſe nutrimentum præſtant, qualia ipſa ſunt. Aduerſatur autem cibus aeri in hoc, quòd aer diſſoluit corpus noſtrum, aer facit calorem, atq; refrigerat. Cibus uero reficit, alit, & nutrit: Quòd ſi aer neceſſarius ad uitam. Cibus oportunus eſt pro inſtauratione, ut diutius protrahatur. Sed ſub hac menſura metiendus eſt cibus, ut ſi corporis diſſolutio ſit multa, refectio non ſit pauca. Vnde Galenus, ſi poſsibile eſſet, ut continue corpus reficeretur, eſſet etiam poſsibile homines non poſſe mori. Quare ſumit modum cibus, a, ſecuritate, & a defenſione uitę. Etenim tunc cibus ſecurus eſt, quando penitus de ſe præſtat putredinis prohibitionem: & tunc defenſionis ſumit uires, quando defenſione operatur ne calor naturalis deficiat. Contra uero malus eſt cibus, quando malos humores generat, paratoſq; ad corruptionem: & in hac actione facultati concoctrici non eſt fidendũ. Nam quæcunque malę ſunt exiſtentiæ, facilè in noxiam uertuntur alimoniam. Ideo malus cibus ſemper fugiendus eſt, ſiue craſſam, ſiue leuem, ſiue facilem, ſiue difficilem in corpore generet refectionẽ: & licet aliquando contingat, ut malus cibus, ſuauior tamen, a medicis concedatur, hæc quidem electio non imponit neceſsitatem, Dicente Galeno, quod nociuum eſt, etiam propter delectationem fugiendum. Adhoc inconueniens cibus eſt, qui temperatam non habet facultatem, qui purum ſanguinem non generat, mundum, & clarum: Inde eſt, quod in tria genera eſculenta diuidi poſſunt. Etenim alia ſunt, quæ addunt m flegma, alia in coleram, alia in melancholiam. Quapropter horum omnium multitudo fugienda eſt, continuitas dimittenda, & delectatio abolenda ne, quod ſuaue videtur oculis, & dentibus, vitæ poſtea faciat periculum, & turbationem. Exempla ſunt Panis factus ex farina multi furfuris, & antiqui frumenti, cum ſit mali chimi addit in coleram. Caro ouis addit in flegma, & caro caprę in melancholiã. Quod ſi unquam contingit, ut quis ab eorum malitia turbetur, ei ſuccurri debet cum ijs catarticis, cum quibus humorem factum ex eiſdem eſſe cognoſcitur, Quare inter cibos alius craſſus eſt, & grauis, & alius ſubtilis, & leuis. ſubtilis eſt, cuius quantitas magna corpus pauco paſcit alimento. Craſſus uero, cuius quantitas

pauca corpus plurimo reficit nutrimento: sed temperatus cibus est, qui inter crassum, & subtilem cum moderata quantitate nutrit, & instaurat. Cuius quantitas si multa est, multũ: sin verò pauca, parua est ab eodem corporis instauratio. Cibi subtiles sunt pulli, pisces parui, lactuca, & huiusmodi. Quiq; opportuni sunt ijs humoribus resarciẽdis, & illis hominibus, qui parum a laboribus, exercitationibus què superantur: Cibi vero crassi sunt, caro magni vituli, pisces grandes, solidę carnes, caseus recens, & similia. Atq; hi cibi exercitatis hominibus ob multos labores sunt exhibendi. Nam faciunt ad virtutis augmentum, & ad corporis magnitudinẽ, vt patet in Athletis, quorũ corpus dum stabiliori cibi alitur bene est. Sed dum subtiliori alimento nutritur in facilem cadunt corporis dissolutionem. Verũ subtilia nutriẽtia præstantiora sunt, quia nullam, aut paruam habẽt in corpore consistentiã: similiter hominibus quietis, & ociosis crassa nutrientia non conducunt: etenim in ijs quiescit calor, & vix excitatur ad coctionẽ: Inde est quod aucta cruditate eorũ corpora contabescunt: Corporibus vero natura calidis, somniculosis, & ijs qui molis additamentũ quærunt concludere possunt, quando bene concoquuntur. Atq; eorum conditio mẽlior est in hyeme, & vere, ob vẽtris caliditatẽ, & somni longitudinẽ, quã in alijs temporibus. Deniq; subtilia & crassa nutrientia maxime perpenduntur ab ijs hoĩbus, qui in eorũ assumptione sentiũt leuitatem, & grauitatẽ, secundũ quas cõditiones aut a consuetudine cadere, aut in consuetudinẽ ire debẽt ijs q; ab eisdem cibis uel lęduntur, vel nutriuntur. sed ne cõtingat error in ciborũ electione, animaduertendũ est, q; cibus aut secundũ naturã, aut ex arte eligẽdus est: secũdũ naturã, nõ quatenus dulcis, pinguis, salsus, aut alterius hmõi facultatis est eligẽdus. Dulcia.n. inter se nõ habent eandẽ facultatẽ, sicut nec amara, & similia. Nam ex ijs aliqua emolliunt corpus, & aliqua aluũ astringunt, siccãt, & humectãt. Non nulla urinam supprimunt, & non nulla cient: & sunt ex ijs quæ neutrum horum faciunt: Similiter & ex calefacientibus, ac reliquis omnibus aliqui cibi aliam facultatem habent. De omnibus quidem igitur impossibile est qualia nam sint declarare. Qua propter quã vim singulatim habeãt non docebo: sed ab ijs est pætenda doctrina qui de ijsdem longã habuerint orationẽ: Oportet autem aliquẽ modũ dicere, & coniectari numerũ, ad quẽ referendus est cibus. Attamen exacta certitudo nulla reperitur. Ideo totũ hoc negociũ ad corporis sensum esse referendũ iudico. Et minus errant, qui ob ne-

cessi

ceſsitatē quā qui ob voluptatē ſumunt cibum. Verum tam hi, quàm illi ſemper debent quęrere vtilitatem, qua corpus fruitur, ut diutius ſalubrem uitam ducat, alienanq; a morborum contagione cōſeruet.

Potus eligendus.

AMplius vero vbi ſitis urgeat, bibere compeſcit: Oriūtur ſi quidem ex potu humores, quemadmodū ex cibo. Ambo .n. nutriunt corpus: ſed potus duplicem habet cām. Vna quippe eſt, vt loca repleat, & humectet. Altera ut cibū deducat per vniuerſum corpus. Quare ex horū duorū permixtione corpus, ex ſicco cibo, & humido potu, id ꝙ craſsioris eſt ſubſtātiæ, cum ſubtiliori, ſeu liquidiori elegātem habet mixtionē, prout contigit in elemētis, quæ licet inter ſe diuerſam habeāt naturā, attamē inuicē coeundo miſcētur, & ueniūt ad unitatē. ſignū eſt chylus, qui ex cibo, potuq; permiſtis, agente calore naturali cōficitur. ſi quidē liquidus eſt, & cito corpus trāſmeat, atq; hoc ei aduenit, quia potius ad naturā humidi, q̄ ſicci deducitur. In potus aūt regimine hæc animaduertēda sūt. Aquā biunus homo, vel in mēſa nō bibat, niſi poſtq̄ comederit. Similiter poſt lotionē ab egreſſu balnei vētre vacuo fugiēda ē. vinū famelico, & vacuo corpe, aut cibo acri repleto, neq; poſt balneū neq; poſt forte motū eſt exhibēdū. Multa uini cōpotatio ſup multi cibi repletione in extremo cōuiuio eſt interdicēda: etenim ꝓhibet ne facultas ſtomachi cibo circūferatur, & ꝓhibet concoctionē. Sup fructus calidos, aqua, & ſuper frigidos uinū potandū eſt. Nā hinc inde ſequitur caſtigatio, & medela. In ſuper a larga cōpotatione ſolet ſequi ebrietas, in qua neq; pes, neq; mēs hoīs ſatis ſuū officiū facit, & hæc ampliꝰ incōmoda ſequātur, videlicet mētis corruptio aīi mollicies, virtutis eneruatio, venarum repletio, naturalis caloris ſubmerſio, refrigeratio: & inde Epilepſia, paraliſis, emollitio, ſtupor, Apoplexia, tremor, cōuulſio. Igitur vini nō eſt ſumēda tāta quātitas, ut grauetur ſtomachus, & fluctuationes pariat, ita ut lędatur ſenſus ꝓ numerum cōpotationū: Et tādē neq; calidū, neque frigidū potandū eſt: etenim ob caliditatem cito penetrat, atq; reſoluit: & ob nimiā frigiditatē lōgā morā facit, donec calefiat. Vñ maxime ob eſt corporibus q̄ horripilationi ſūt ſubiecta. Cōditiōes aūt uini hę sūt. Aetate mediū, forma pulchrū, lucidū, colore albū, aut ſubrubrū, odore ſuaue guſtū neq; aquoſū oīno, neq; aliq̄ vehemētē, qualitatē ꝓ ſe ferens, nec ſtipticū,

nec

nec amarum, nec dulce. Quod autem eligendum est, oligosanum vocant, & hæc sufficiunt de cibi, & potus, electione.

Somnus, & uigilia eligenda.

SOmnus etiam & uigilia ueniunt ad electionem pro tuēda sanitate. Sed ante quam eligantur, hanc secum ferunt cognitionem. Siquidem uigilandi labor animalis est, sicut & somnus: sed cōtraria uidentur. nam somnus est quidam uigiliæ priuatio. Commune autem utrisque hoc est, nulla continua uigilia, & nullus continuus somnus, in homine reperitur. Atque animantibus omnibus hæ duę affectiones conueniunt, & se se inuicem consequūtur. Nam omne quod uigilat eam uitā habet, ut dormire possit. Et una est alterius castigatio, & medela: Qua propter somnus nil aliud est, quam requies laborum, quæ animantia conseruat: & dum in actu est & uiuendi, & non viuendi interluminium dicitur eo quia neq; omnino sit, uel nō sit qui dormit. Vnde Poeta; Sulte quid est somnus, gelidę nisi mortis imago? Contingit autem solum animalibus habentibus cerebrum: & nullus somnus inespergiscibilis est uiuēti: & habet duplicem causam, aut a refrigeratione, aut a debilitate corporis ob nimiam humiditatem, qua refrigerata, frigescit cerebrum, & qua auēta nerui ad motum constituti laxantur: ex oppositō autem vigilia aliquando saturitate, aliquando inedia oritur. si quidem inedia parit ariditatem; & saturitas grauedinem, & ambo impotētiam ad dormiendum. At quum dicitur Plus vigila semper, nec somno deditus esto. Hæc uerba habent compensationem. Etenim fugiendus est somnus, qui laborem præstat: sic & illa uigilia est interdicenda, quæ pœnitus aufert potentiam ad dormiendum: signa autem nimiæ uigiliæ sunt citrinitas faciei, & oculorum cauitas: & signa multi sonni sunt oculorum tumor, desędatio faciei, & coloris deperditio: Quam ob rem somnus eligendus est dulcis, placidus, suauis, non multus, non excedens in tempore, sed naturalis ita, ut inquit Hippocrates, laborem soluat quies, sicut vigilia somnum: & hic est ille somnus, qui corpus recreat, animum solatur, concoctioni prodest, & distributioni ob corporis iustam curationem confert, dummodo modum non excedat. Nam qui modum excesserit in quantitate, grauitate, & tempore nocet plurimum uniuerso corpori, vires eneruat, membra refrigerat, & humectat, augetur flegma, calor infirmatur, atq; resoluitur,

quando

quando ex inedia euenerit: Tempus somni nox est: & meridianus fugiendus: Post prandium, & post cœnam illico non dormiendum, dum fluctuat cibus in stomacho: At post fluctuationem, si a superiori uentre cibus descenderit, non est malum: Intempestiuus autem somnus facit inflationes, rugitus uentris, tormina, visus hebetudinem, & huiusmodi. figura uero dormientis melior, ut complicatis manibus ita vt pectus muniant figura crucis, primum lateri dextro, deinde sinistro in accubito collocetur. In faciem autem dormire licet conferat ad caloris augumentum, fert tamen secum periculum, ne oriatur dormientis suffocatio: similiter supinè decumbere, disponit hominem ad apoplexiam, phrenesim, incubum: Nam quod supereſt in cerebro, dum fluidum fit, facile ad posteriora declinat, vel ita detinetur, & compingitur in capite, ut obstruantur uiæ per quas naturales fluxiones egredi solent, ut sunt nares, in quibus fit coriza: Oculi, vnde oritur inflammatio: Aures in quibus fit sonitus, & tinnitus, palatum in quo aut angina, aut tonsillæ, aut acores generantur: & tandem qui assiduo stillicidio siue continuo catharrus fluxu affligitur, supinè nequaquam dormire debet, ne locum præbeat pectori ad recipiendum totum id, quod a capite descenderit. Dicunt etiam sapientes de vigilia, quod crassos spiritus tenuat, unde apertis totius corporis meatibus, aut ipsi spiritus euanescunt, aut in vaporem, sudoremq; vertuntur: & sic frigiditas subingreditur, atq; membrorum debilitas sequitur: & frigidis iam factis membris prædicti meatus occluduntur. quibus clausis, qui restat calor, imminutus reuocatur, petitq; intima, atq; hoc pacto ita uigiliã sequitur somnus, ut talẽ de se præbeant uicissitudinem: sed animaduertendum est, quod multa vigilia calorem intendit, formam corporis rumpit, nec non desiccat, & coleræ rubeæ præbet augumentum: Atq; eiusdem vigiliæ intemperatæ nocumentum maximum esse uidetur in corpore gracili: sed in carnoso maius habet pabulum. Homo factus stupidus non cogitur ad vigilandum. Etenim vigilia præstat ei laborem, & somnus requiem. Multa vigilia, vt dictum est, concoctionem impedit, corpus siccat, & habitum dissoluit. Intemperata autem excitat sensus, vires disponit, mundat corpus. Atq; hæc eligenda est; Intemperata vero fugienda. Nam quam plurimi visi sunt, qui nimio sapientiæ studio addicti, tantam sibi indixere uigiliã, vt aliquo modo siccato cerebro in rationis commutationem incidere. Quare per sententiam Hippocratis: somnus, & vigilia vbi modum excesserint, malum.

Labor, & quies eligenda.

LAbor, & quies sunt inter se contraria ita vt a positione vnius (dummodo sit aptum viuens corpus ad vtramlibet suscipiendam) sit priuatio alterius. Quapropter quies non definitur nisi in eo, qui illam vim habet, vt moueatur. At non mouetur nisi cum quo natura eius patiatur. Ideo duplex est quies, vel vi, vel natura. Etenim corpora ibi vi quiescunt, & manent, quo vi feruntur. Similiter & natura quiescunt, & habent requiem. Quocunque enim natura aliquid mouetur, in eo etiam natura quiescit, & insistit. Et quo vi impellitur, in eo quoque vi quiescit. Naturalis igitur motus, & quies, & non violentus, faciunt ad tuendam sanitatem: motu, vel vt melius dicam exercitatione omnia cõualescunt. Quiete vero omnia melius concoquuntur, sine quibus impossibile est diu prospera frui sanitate: sed exercitatio potius secundum naturam, quam secundum vim est celebranda: licet vis cum ratione aliquando cogat naturam ad sanitatem, vt patet in medicamentis: similiter, & quies supra quam corpus patiatur, molesta est. Ideo apta, & idonea eligenda sunt. Atque hic ordo seruandus est pro tuenda sanitate: incipiendum a labore: sequendum a cibo, & potu, desinendum a somno, & vigilia, dummodo moderatione temperantur. Quæq; si modum excedunt, non adimplent dictum Hippocratis: laborem soluit quies. Quapropter sicut vehemens motus fatigat respirationẽ, & leuis admodum ipsam tabefacit. Ita nimia quies infrigidat, & vltima mortem protendit. Motus igitur esse debet ad temperamentum. Nam tuetur sanitatem caloris naturalis, est lima, dormientis naturæ excitatio, superfluitatum consumptio, virtutum roboratio, temporis lucrum, ocio inimicum, iuuentutis debitum, senectutis gaudium. Quare ille homo a motu per exercitationem se abstinet, qui sanitatis lucro carere desiderat: verum hæc a motu, & a quiete haberi possunt. Exercitatio laboris tolerantiam præstat. Quies timorem, & ignauiam, labor, & motus audaciam, seu animositatem ministrant. Quies inertiam, & timiditatem, dum non habent modum. Et tandem vtilitas laboris magna est ad euacuationem superfluitatum, ad bonam valetudinẽ, ad membrorum firmitatem, nec non ad caloris naturalis augumentum. Ideo omnes motus differentiae quæ plurimæ sunt, quando modum habent, retinent id, quod & motus habet ad tuendam sanitatem: veluti sunt

deambulatio,

deambulatio, claralectio, exercitatio paruę pilę, cursus, saltatio, luctatio, iactus disci, iaculatio, a quibus, & per quas motiones est prima sanitatis præcautio: quæq; debent semper antecedere cibum in eo, qui bene concoquit amplius, & in eo, qui male, seu minus cõcoquit, remissius. Commune autem motui, & quieti est, ut non solum seruetur, sed augeatur calor naturalis, vt leuitas, & conferentia perdurẽt, atq; vt membrorum nulla noxa sentiatur. In quibus inquam labi, errare & nescire malum est. & quando error contingit, tunc aut sudor corporis, manifestatur præter rationẽ, aut deliquescit corp', unde facile a sanitate cadit in ęgritudinem. Insuper ex omissione motus, caloris torpedo innascitur; atq; hoc pacto fit magnum malum ad sanitatis custodiam quies sine modo: sicut magnum fit bonum moderatus motus, & labor: Vnde Ouidius: Cernis ut ignauum corrumpit inertia corpus: Et capiunt uitium, ni moueantur aquæ: & alibi inquit: Ocia nullus amat, nisi sint coniuncta labori: Nam nimia requie mortificatur homo: & Hippocrates ait: Corpora, que contra consuetudinẽ nimio torpore quiescunt, & illico ad extremos labores destinantur, necesse est, vt in ęgritudinem cadant. Nam sicut in nimio torpore illico non possunt cohortari, ita si per longum tempus quieuerint, lente ad motiones prouehenda sunt. Qua propter cõcludi potest, quod sicut extremus motus corpus dissoluit & siccat: Ita vltima quies corporis nullum facit aditum ad sanitatem. Scire tamen inter motum, & quietem hoc maximè interest, qđ potior est præcautio sanitatis, quæ prouenit a motu, quam ea quæ a quiete procedit. Et tolerabilior est labor, qui a motione contingit pro tuenda sanitate, quam sit ocium, quod a quiete constituitur.

Accidentia animi, & corporis eligenda.

ACcidentia, affectiones, & mores animi, & corporis, quę sub diuersis nominibus declarantur, sub vnica intentione cõprehendi possunt, de quibus fecit Galenus libellum, cui titulus: Mores animi sequuntur temperamenta corporis. Et Aristoteles inquit: sunt inseparabiles rerum affectiones ita, vt mens hominum absurde faciat, quando ea exquirit quæ non potest. Et hoc est, quando a subiecto corpore animato vult secernere affectiones: Verum in remedica peritus nosci accidentia duobus modis, aut per formas, vt colorum alius albus est, alius niger: aut per accidens, vt si id cui color conuenit, diuidi potest, & separari valet: Ex

qua diuisione manifestatur, quod a nullo corpore viuo affectiones possunt secerni, tanto magis, quanto infinite sunt inperceptibiles, & oratione potius, quã re ipsa diiudicantur. Illę autem affectiones, quæ percipiuntur, sunt ex ijs, quæ sæpe, aut plerumq; contingunt, de quibus facto multorum concursu eriguntur vniuersalia, a quorum multitudine deducta est ars, in qua hic dexter vsus tuendæ sanitatis locum habet. Ideo secundum artificiosam notitiam affectiones in toto corpore prius cognoscuntur, quam in singularibus partibus, eo videlicet modo, quo medicinæ peritia prior est homine medico. Verum licet de affectionibus non ita sit scientia, & ars, quemadmodũ est vera de ijs, q̃ vera sunt. (Etenim parum absunt a non esse) in hoc magni fiunt, ut magnã habeant partem ad cognoscendum quòd q̃d est. Et quod hoc sit uerum, manifestatur. Gaudium, ira, iracundia, odium, furor, timor, tristitia, solicitudo, inuidia, & cogitatio sunt effectus animi, & corporis, & declarant nõ quid corpus, & anima sit: sed vnde in anima & corpore oriantur: quemadmodum in libello de motu cordis a me dictum est. Et habent tantam vim in corpore viuo, vt exempli gratia, ex subita, magnaq; lętitia, præuentos homines flere, & mœrere, iratos rubere: timidos pallere cognoscatur. & quid mirum ex subita, magnaq; lætitia mors, ex longa, multaq; mœstitia, & dolore corpora consumi visa sunt. Igitur magnæ affectiones, horribilia accidentia, & fortes motus sunt uitandi: & quia præ nimia uiolentia primo dissoluunt colorem, secundo inducunt frigiditatem, tertio animi deliquium excitant. A quibus omnibus tandem sequitur ineuitabilis mors; expedit itaq; vt affectiones, & mores animi, corporisq; modum non excedant, si quidem ab excessu vitium, a moderatione virtus consequitur. & sicut virtus ad temperamentum, ita vitium ad ægritudinem animatum corpus detrudunt, dicente Galeno: furor, fletus, ira, mœstitia, & sollicitudo plusquam ratio postulat, & vigiliæ quæ super his fiant, febrium, & aliarum ægritudinem sunt cã, & principium. Atq; ex oppositio inertia mentis, & amentia decolorationem, & denutritionem, operantur. Quare Aliabas distinguẽs has affectiones, inquit. Ira, & furor caloris præstant augumentum. Gaudium, & lætitia temperamentum. Timor, & pauor caloris defectum non ex se, sed per motum spiritus, a quo motu siccatur corpus, ni ali quando a motu ad quietem habeat recessum. Illa igitur accidentia fugienda sunt, quæ tristem hominem reddunt, quoniam omnibus quæ in sanitate sunt nocumentum præstãt, exceptis ijs, qui carnium

indi-

indigent minoratione. Post cibum, & potum pessima sunt: quoniam concoctionem fieri prohibent, spiritus eneruant, & naturalem calorem stomacho, ad cor, vel ad alia membra secundum accidentium diuersitatem profligunt in iacturam corporis, & vitæ turbationem.

DE ANNEXIS ELIGENDIS, ET PRIMVM.

De Ventis.

QVoniam ventus est multitudo quædam sicq; halitus, qui e terra excitatus circum eam impellitur, perspicuum habet motus principium a superiori loco oriri; materiæ vero ab infimo: Hinc est, quod a quo loco venti flare incipiunt, ibi omnium imbecilla vis est: Quo vero longius prorediuntur, eo est insignior, & maior. Immo aliquando locum causæ efficientis, principijq; obtinet ventus, quando secundum quod fluxio est, continet multum aeris in longitudinem. Quæ fluxio maximè cognoscitur hoc signo, videlicet. Ea ex parte a qua ventus oritur, præcipua nubium uenit dissipatio. Cum vero consumuntur, serenitatem significant. Quare generali nomine vēti plures sunt, & numero duodecim, prout modo explicabuntur.

OCCIDENTALES VENTI.

Sunt subsolanus, vulturnus, eurus, eoi.

DIcitur subsolanus, quasi sub sole natus. Oritur in torrida zona, sub qua semper mouetur sol: Vulturnus est uersus septentrionem. Eurus vero austrum versus; Hi venti sunt calidi, & sicci. Calidi inquam, quia sub sole diu morantur: Sicci autem, quia mare Orientale valde a nobis est remotum; quare ob longam loci distantiam, quod in eis humidum est, a sole dissoluitur: subsolanus de se temperatus est. Sed cum vulturno omnia desiccat, & cum euro inducit nubes. Sed in ortu diei omnes hi uenti tēperiem habent, aerem reddunt clarum, aquas clarificant, & saporē præstant eis suauitatis, seruant corporis sanitatem, fructibus, floribusq; dant copiam.

OCCIDENTALES VENTI.

Circius occasu, zefirusq; fauonius afflant.

FAuonius oritur in occidente sub parallelo æquinoctiali, & a latere habet duos, videlicet Circium, septentrionem versus, & zefirum versus meridiem: & dicitur fauonius eo quod fouet ea, quæ nascuntur. In hyeme resoluit germina, & flores producit: Natura temperate frigidus est, & humidus: frigidus, quia sol in occidente moram habet paruam, & ad nos uenit antequam a solaribus radijs incalescat: & in fine diei hi venti sunt salubriores, & temperatiores, quia sol in occidente subtiliat eos, atq; depurat.

MERIDIONALES VENTI.

Deq; die medio Notus exit, Africus, Auster.

AVster oritur sub polo antarthico, & habet ab uno latere Notum versus orientem, & ab altero latere Affricum occidentem versus: & dicitur Auster ab hauriendis aquis; Natura calidus est, humidus, fulmineus, densum faciens aerem, spissumq;, nutriēs nebulas, poros terræ suo calore adaperiēs, & sua humiditate pluuias multiplicans, tempestatem in mari generans, quia ab imo flat, virtutes animales impediens, grauitatem corporis faciens, auditum grauans, caliginem oculorum nec non pigritiam motus tradens, tandem dissoluit humores ab interioribus, & in exterioribus faciem tollit in tumorem, calorem corrumpit, atq; homines in multas protrahit ęgritudines, uti sunt morbi recidiui, podagrę, pruritus, epilepsię, & acutę febres: oritur hic ventus in zona iuxta polum Antarthicum, quæ præ nimia eius frigiditate est inhabitabilis: Quare frigidus est, & siccus ubi oritur: sed pertransiens per zonam torridam, calorem assumit. Insuper cum a meridie sit maior aquarum copia, & loca sint vapore, & rore plena, humiditatē cōtrahit, & acquirit; Vnde apud nos calidus, & humidus inuenitur, atq; ipso flante aer vapore repletus in pluuias resoluitur. Verū quia de ampla zona aerem impellit ad nostrum angustum, ideo condensat aerem, nubes generantur, quarum obiectu radij solares obscurantur.

rantur. Sed ex oppoſito multę ſunt eius bonitates. etenim cum mollis ſit, calidus, & humidus, remollitos facit terræ ſulcos, aperit poros ſatis, & ortis pluuias miniſtrat, augumentum præſtat, corpora tumefacit, auibus pennas mutat, humores frigidos, & compactos diſſoluit, ſudores, uapores ab humorum ſuperfluitate euocat; Raptilia, nec non terreſtres vermiculos ab interioribus terræ educit: & tandē multa poſſent dici de hoc vento, quæ ſub ſilentio relinquuntur.

SEPTEMTRIONALES VENTI.

Sed veniunt Aquilo, Boreas, & Chorus ab Arcto.

BOreas qui ortum habet ſub ipſo Arctico, habet collaterales Aquilonem verſus occidentem: & Chorum orientē uerſus: & dicitur Boreas ad hiperboreis montibus, a quibus venit. Naſcitur autem a locis aquoſis, & congelatis ob nimiā loci diſtantiam a radijs ſolaribus. At quum vapores ibi diſſolui nequeant, contingit, vt aer ſit ſerenus, & ortam peſtilentiam ab auſtro comprimat, atq; depellat. Cuius uehementia frigoris terrarum, & aquarum conſtringit ſuperficiem ita, vt nunc in glaciei, nunc in criſtalli ſpeciem conuertat, ſecundum maiorem, uel minorem indurationem. frigidi, & ſicci natura ſunt hi tres venti: etenim corpora indurant, poros claudunt, humores putrefaciunt, ſpiritus, & ſenſus ſubtiliant, vim concoctricem roborant: retentiuam iuuant, aerem peſtilentem ſanant, vim generatiuam augent: ex oppoſito autem tuſsim creant, difficultatem anhelitus exaſperant, neruis aduerſantur, & ipſos contrahunt, membra ab operatione impediunt, flores & fructus tenues lædunt, atq; corrumpunt: Vineas germinantes, & florentes exurunt; Herbarum, & arborum virorem ſpoliant: Humores deſiccant exteriores, & interiores, ptiſicis nocui ſunt, pulmonem ſua ſiccitate dilacerant, rodunt, & vlcerant. Quam plura alia deſcriberentur, quæ ab alijs audienda iudico.

Ventorum notitia ſecundum regiones.

EX Hippocratis ſententia, Venti ex mari in regiones illabētes ſicciores quodammodo ſunt. Qui vero a niue, aut glacie, aut ſtagnis, aut fluminibus procedunt, omnes humectant, ac rigefa-

gefaciunt,tum plãtas,tum animantia,& ſanitatem corporibus exhibent,qui non frigiditate ſuper excellunt. Hi.n. lædunt, propterea q̃ magnas mutationes calidi,ac frigidi in corporibus inducunt. Hæc autem patiuntur,qui in regionibus habitant paluſtribus, ac calidis prope flumina magna. Reliqui vero venti,qui a prædictis ſpirant,vtiles ſunt,tum aerem purum,ac ſincerum exhibentes,tum animæ calori humiditatem præbentes: Quicunq; uero venti ex terra accedũt, eos neceſſe eſt ſicciores eſſe tum a ſole,tum a terra reſiccatos: Cum autem non habeant venti vnde alimentum trahant,a viuentibus humorem trahentes,& plantas,& animalia omnia lædunt:& quicunq; uenti relictis montibus ad urbes accedunt,non ſolum ſiccant,ſed etiam turbant ſpiritum,quem inſpiramus,& corpora hominũ morboſa faciunt: Quibus omnibus ventis quomodo quiſq; ſe preparare debet: omnes in arte medica ſcribentes inſinuant.

De quatuor anni temporibus.

QVemadmodum annus omnis omnium particeps eſt & caliditatum,& frigiditatum, & ſiccitatum,& humiditatũ, neq; quicquam horum ne minimo quidẽ tempore conſiſteret,ac duraret; citra omnia ea, quæ in hoc mundo inſunt: Verum ſi unum aliquod deficeret,omnia ſane abolerentur: ex eadem.n. neceſsitate omnia conſiſtunt,& mutuo aluntur: ſic etiam ſi quid ex homine deficeret ex ijs,quæ ipſi congenita ſunt,non ſane viuere poſſet homo. Quare in anno eſt vernum tempus calidũ, & humidum: Aeſtas calida,& ſicca: Autumnus frigidus, & ſiccus. Hyems frigida,& humida: Rurſus in quolibet tempore tres ſunt differentiæ,prima,media,vltima. Media integerrimum habet temporis temperamentum: Prima uero,& ultima propinquitate alterius temporis minuitur. Itaq; ex circulo temporis aliquando in anno hyems maximè uiget: aliquando aer,modo æſtas, modo autumnus; Et in homine aliquando pituita præualet,aliquando ſanguis, aliquando bilis flaua primum,deinde atra: In his omnibus ea præcautio eligenda eſt,q̃ hominibus prodeſſe,& minime obeſſe queat: Proinde medium ſic aduerſus morbos inſtare oportet,prout vnumquodque eorum in corpore præualet iuxta tempus ſibi ipſi maximè naturæ conuenientis exiſtens.

De Luna.

LVna in quouis mense in cœlo habet quatuor differentias. A coitu primæ hebdomadis usq; ad septem dies, humida, & calida est, & comparatur primo ueri. In secunda hebdomada ad plenilunium, æstati similis est uidelicet calida, & sicca: In tertia hebdomada iam deficiente luna frigida, & sicca est, & similatur Autumno. Quarta, & ultima, frigida, & humida reperitur, & hyeme sequitur.

De Diebus.

ATquotidie differẽtiæ sunt in aere, ita & in uno quoq; die. etenim matutinum tempus humidum, & calidum, & ver. Ideo corpora surgunt ualentium, & ægrotantium. Et perinde febricitantibus hoc tempus maximè tollerabile. Meridiei partes cum æstate congruunt. Quæ ante crepusculum cum Autumno. Quæ uero ad uesperas cum hyeme conueniunt: sic & noctis primæ partes ueri, quæ uesperas consequuntur, æstati dantur; cæteræ uero id habent, quod diei partibus concessum est, & fit id ipsum tempus, de quo loquimur.

Præcautio maxima quam necessaria in supradictis.

MVtationes autem temporum maximè obseruare oportet, & præcauere, neq; in illis libenter medicamenta sunt exhibenda. Periculosissima etiam sunt ambo solstitia, maximè uero æstiuum. Periculosa æquinoctia, sed magis autumnale. similiter necesse est astrorum exortus considerare, præcipue canis, deinde Arcturi, & Pleiadum occasum: etenim (ut inquit Hippocrates) in ijs diebus morbi maximè iudicantur, alijq; perimunt, alij uero desinunt, aut in aliam speciem aliumq; statum transmutantur.

De

De Coitu.

SEmẽ genitale principium generationis eſt, cuius exiguitas par uitatem, & multitudo magnitudinem generat: Ortum habet ab omnibus corporis partibus. id eſt ex ijs conſtituitur, ex quibus omnes corporis partes conſtituuntur. Atq; natura ipſa pudendis ſuam præbuit voluptatem coitus cauſa. Etenim neruoſę partes ſunt, & plurimo ſenſu capiuntur: Itaq; ubi ſenſus multus, ibi etiam uoluptas ingens oritur: Et e conuerſo: ubi uoluptas plurima, ibi dolor maximus eſſe poteſt: Maximo ſiquidem bono, maximum ut plurimum (ut dicit Philoſophus, opponitur malum, ſicut minori, minus: Quare ſi coitus paululum uires exceſſerit, illico exhaurit ſpiritus, labefactat ſtomachum, præcordia, & cerebrum debilitat. Quo malo nihil ingenio aduerſius eſſe poteſt: Atq; tantum obeſt, ut ſi quid ſpermatis ſupra quam natura tolerat coitu profluat (dicit Auicenna) nocet magis, quam ſi quatragies tantumdem ſanguinis emanarit: Ideo non ſine cauſa priſci Muſas, & Mineruam uirgines eſſe uoluerunt. & Democritus inquit: Nimia Venus ita perdit hominem, ut non cognoſcas eundem eſſe. Quamobrem non eſt eligendus coitus tantum delectationis cauſa (ut uulgus teſtatur) ſed ut finis, cuius gratia boni ipſum appetunt, & proſequuntur: & propoſitum eius, dicit ſapiens, eſt liberorum procreatio: Ordo autem pro celebranda Venere hic eſt: Poſt labores, cibus, & potus, deinde ſomnus, poſtea Venus debentibus quidem Venereis uti: Cætera quippe communia ſunt omni ætati, ſed uenere uti, tantummodo adoleſcentibus prodeſt: & ijs etiam aliquando aduerſatur, ſi pleni cibo, & potu plurimo coitu delectantur. Hinc eſt quod ſi præter modum coitus nocet ingenio, etiam perniciem dat corpori, uidelicet eneruat uires, neruos debilitat, genibus, iũcturiſq; aduerſatur, & dolorem facit, obſtructionem uiſcerum generat, craſſos parit humores; & nimia, aſsiduaq; eius frequentia cachexiam, & hydropem contrahit, nec non difficultatem anhelãdi, tremoremq; inducit; Quare fugiendus eſt coitus ab ijs qui patiuntur famem, aut a moleſta ſiti premuntur: Omnis. n. euacuatio, qua inanitur corpus, ipſum contemnit, & abhorret uidelicet uomitus, excretio ſolutiua, flobotomia. At multo magis natura abominatur intempeſtiuum coitum, a quo maximè diſſoluitur. Poſt balneum etiam non eſt admittendus: Poſt nimium laborem, &

ingentem

ingentem uigiliam, aut grauem triſtitiam fugiendus eſt; Nam ſi hæc corpus conſumunt, & ſiccant de ſe; addito coitu naturalis calor deſtruitur, appetitus fugatur, oculis tenebræ inducuntur, atq; adeo cæci reddumtur, ut non cognoſcatur, idem homo, qui prius erat, quando ex nimio coitu mutatus eſt.

De Balneo.

BAlneorum duæ ſunt ſpecies. Aereum unum quod vulgo dicitur ſudatorium: Aliud aqueũ: eſt aũt balneũ ſiccum locus vndiq; concluſus, in quo aer calidus ignis ardore concalefactus ſeruatur: & idiotæ hunc locum vocant ſtufam: Aqueũ vero balneum eſt, in quo aer calidus quidem eſt, non ab igne, ſed ab aqua uaporibus inibi retentis, & aeris congenitam qualitatem alterantibus, & perſpicuitatem occæcantibus: Commune autem eſt vtriq; facultatem poſsidere, quæ cũ ſubſtantia aeris, & a quæ habent participationẽ: ſed hoc quidẽ mollius, illud vero ſiccius ad humani corporis abſterſionem. At quale eligendum pro tuenda ſanitate neceſsitas oſtendit: Quandoquidem aperiunt, mouent, digerunt, & ad cutim trahunt: ſimiliter ſordes tollunt, & immunditias auferunt: Humectant, repletionem minuunt, flatus diſsipant, humores ſubtiliãt, dolores reprimunt, uentrem ſtringunt, laſsitudinem remouent; corpus deniq; ad cibum aptum, & ad ſomnum procliue intendunt. Quã ob rem conſueti balnea diligere dum ſani ſunt, ijs commodè ũti debent. Quod ſi ea dimiſerint, maximè lædentur: Cauenda autem ſunt balnea ab ijs, qui cruditate humorum, ſecundum primas uias afficiũtur: & ſi quid ex uſu balneorum damni lotis contigerit, illud ab impuritate ſolere euenire putandum eſt, quia fortaſſe nulla facta eſt corporis præparatio, aut non debita. Igitur facta concoctione balnea ſunt petenda, videlicet quando cibus a ſtomacho in uentrem ſeceſſerit, & ſit hora antequam ſitiat, ſeu fameſcat corpus. Nam tempore famis & ſitis prohibenda ſunt balnea, ne nimiam uſu faciant corporis diſſolutionem: Quare qui intempeſtiue balnea accedunt, & ſalubritatẽ corporis habent, aut facile exſoluuntur, aut cito in peſsimas cadunt ægritudines.

Quæ agenda sunt pro tuenda sanitate:

QVæcunq; igitur faciunt ad tuendam sanitatem habita iam cognitione,& electione eorũ,quæ ipsam conseruant, sint intentiones, seu scopi, per quos unus quisq; tueri poterit uitam,ut diutius protrahatur. Prima itaq; intentio est,ut a contrarijs corpus nostrum tueamur: Si quidem contraria omne genus causæ subeunt,ut nos lædant. Quod si ijsdem aliqua necessitate ducti uti debemus,esse debent pro castigatione cognatæ affectionis,& pro medela:dicente Hippocrate. Ventus, & aqua cruda alimẽta non sunt,sed cognatæ affectionis castigatio, & medela.

Secunda intentio est,ut similibus utamur, præcipue a quibus est consuetudo,& amicitia:etenim facile, commodeq; non solũ faciunt ad sanitatem:sed ad vitæ diuturnitatem,dicente Hippocrate: Propter consuetudinem,& amicitiam similia in similibus magis perdurant,& difficulter discernuntur.

Tertia intentio est,ut omnis causa prohibeatur,quæ sanitatẽ quoquo modo labefactare ualeat uel per se,uel per aliud,Per se inquã, ut sunt excessus humorum,& defectus:per aliud, vt est uiolentia per ictum lapidis.

Quarta intentio est, ut omnes lassitudines quæ morbos pronunciant,uitentur:Inquit Hippocrates,Laborem soluit quies.

Quinta intentio est,ut quæcunq; corpus nostrum alterant,temperamentum immutant,& naturam soluunt, fugiamus: etenim symptomata quæ ab illis proueniunt,sæpe ostendunt, imo secum ferunt mortiferas ægritudines.

Sexta intentio est,ut aerem, Cœli statum, planetarum coniugiũ, & regionem,a quibus tolli sanitas, & teneri non potest, fugiamus: Possunt.n.hæc aliquando subire nomen causæ,unde salubritatẽ corporis amittimus: et cum his habent commercium mutatio temporis,ætatis,& consuetudinis,quando per eas quis de facili cadit a naturali temperamento:Quibus intentionibus cognitis,electis, & habitis,maxima diligentia uidendum est,ut ad scopum pertingere ualeamus:sed cum alia naturæ,& alia medicis sint negata, ut perficiantur.Item aliqua uno tempore fieri posse,alia non posse:maxima etiã cura videndum est,ne contingat error:et quod fieri nequit, statim totum illud a medico negligi debebit.

Ab enarratis igitur intentionibus non est discedendum, ut facilius tueri possimus sanitatem, quasq; intentiones ab ijs, qui optima corporis salubritate fruuntur, nequaquam cognoscuntur: si quidem nullis medicinæ legibus sunt subiecti. Verum quia habitus sanitatis nequit in eodem semper statu manere: Ideo dextero vsu continue succurrendum est, ne cadat: Quibus autem modis agendum sit, paucis perstringere non dedignabor.

Primoitaq; agendum est, ut si corpus calefiat plusquam ratio postulat, ne cadat in calefacto esse, refrigeretur, & sic de aliis qualitatibus est faciundum.

Secundo, si excrementorum putridorum quantitate corpus superabundat, euacuetur.

Tertio, si humorum copia, lenticitas, crassities, & pororum angustia adsit in corpore, remouenda sunt videlicet copia inanitione, lenticitas incisione, crassities attenuatione, & pori stricti apertione curantur.

Quarto, si aliquid contigerit, quod periculum minetur in multis implicatis intentionibus, certe ab eo incipiendum est, quod subit nomen causæ a qua sanitas deturbari posset.

Duo exempla sufficient ad declarationem dictorum, per quæ quisq; ueniet in cognitionem eorum, quæ agenda sunt ob præcautionē subeundam pro tuenda sanitate.

Esto igitur, quòd sanus multo labore defatigatus, & sudore madidus, ad febrem propensior factus, maximā corporis sui sentiat æstuationem: Hinc maguam medico bene se gerendi in hoc casu difficultatem suboriri necesse est: sed sumpta occasione a labore, quies est indicenda; a sudore; siccatio; ab æstuatione refrigeratio: Quod si adsit dolor, calefactio, & refrigeratio: Contrariæ quidem: sed semper intētio adhibenda est ei, quod magis urget: Dolori si quidem succurtendum est cum calefacientibus, dum urget: et cum refrigerantibus urgente æstuatione: Regula Galeni est, cum omnia uno, & eodem modo indicant, semper uno, eodemq; modo progrediendum est: & Hippocrates inquit: facienti secundum rationem, & aliter non euenienti non est transeundum ad aliud stante eo, quod a principio uisum est: Quare si nihil est ex supradictis, quod urgeat, præcautione ordinaria utendum est: uidelicet sicut æstuatio per refrigerationem tollitur, sic per quietem labor, & per exsiccationem sudor abstergitur.

Contingit aliquando, ut quis sit sanus, sed non optima fruitur sanitate, quia repletum habet corpus aut plectoria, aut chacochimia: Illico præcauere debet, ne in morbum incidat, agendumq; est, ut plectoriam, & chacochimiã soluat; sed non cunctanter, uerum nulla intercedat mora: etenim in his tardatẽ malum est. Atq; sicut timendę sunt himiæ enacuationes, compressionesq;, ita, & nimię repletiones. Ideo illis medicationibus uti debent medici, quæ leuitatem, & conferentiam ferant, non autem turbationem, & molestiam: signa autẽ leuitatis, & conferentiæ sunt, quando uidelicet dolor, lassitudo, & symptomata per præcautionem rectis, debitisq; medicamentis sedentur.

Enacuationes quæ agendæ sunt.

QVadruplici ratione possunt corpora euacuari, & præcaueri imminentibus morbis, quando nimia repletione laborant: Verum non cadit corpus nostrum in malam affectionem, & denominationem non sumit morbus, ni actu natura lædatur: Modus autem lasionis hic est: illi humores, qui quadam primaria multiplicitate, exempli gratia, possent offendere intestina, stomachum, uasa urinaria, ambitum uniuersi corporis, & morbos gignere, sunt euacuandi: sed qua ratione, & modo agẽdum sit, indiget cognitione: Quare omnis modus aut a natura ostenditur, aut ab arte inuenitur. Atq; in hoc natura, & ars cõueniunt, teste Hippocrate: Vt eo ducere oportet, quo natura repit, per conuenientes regiones: & Auicenna inquit: Si natura non mouet, moue tu, motu simili, uel conuenienti: & alibi dixit: Si non cognoscis modũ, expecta, quia natura manifestabit: Hinc est, quod Galenus præcepit: Si natura tentat uomitum, & tu naturam imitaberis prouocando uomitum sin minus, ne tu quidem medice conaberis: Hoc quippe dictum est, quia natura uoluntaria non dimittit. Et uires amplius ars medica adinuenit, per quas natura coacta indemnis a morbo leuatur: Atq; per hanc regulam Hippocraticam cognoscitur quo nam modo euacuatio multipliciratis sit tentanda: Quare uomitus per artem nõ nisi cum sirupo acetoso, uel tepida aqua prouocandus est, & ubi prospere uomitus successerit, tunc a repletione multiplici stomachus leuabitur. Animaduertendum, quod uomitus repleto stomacho solet tentari pluribus modis: Aut quando repletum est multis cibis, & se-

mel

mel in hebdomada, aut bis in menſe eſt promouendus, & hic modus fert ſecum hanc utilitatem, ut ij, qui articulorum dolorem timent, aut capitis grauedine tentantur, aut vertiginem patiuntur, hoc uel ſimili uomitu leuantur: Cæteri modi aliàs dicendi ſunt: Venter quoq; exonerandus ſeu leniendus eſt molli cliſteri facto cum decocto cõmuni, addita caſsia fiſtula, & nulla alia inepti mixtura alterata: In vẽtre etiam leniendo, & in vrina procuranda, ſeu prouocanda ſemper eligenda ſunt, quæ minus calefaciunt, & exſiccant, quemadmodum eſt ptiſanæ ſuccus, oximel, hydromel, decoctum radicis appij, & multa alia, quæ aliunde ſunt petenda, quæq; ſudorem euocant, vrinam cient, & aluum leniunt. Quare his quatuor modis particulatim inaniendum eſt corpus, quod a multipliciente comprimitur: uidelicet, Vomitu: lenitione: ſudore: & urinæ prouocatione. At non ſunt hę dictæ euacuationes, quæ omni modo corpus euacuant: etenim ſunt & aliæ, & diuerſæ, quæ ſub eodem nomine euacuationes nuncupantur, & fortaſſe decentius his contingit hoc nomen euacuatio, quæ illis. Atq; hæ ſunt ſanguinis miſsio, balneum, frictiones, exercitia, abſtinentia ſeu ieiunium, pharmacum; unde ſumpſit nomen medicamentum purgans, quod duplici modo habetur, aut per experimentũ, aut per rationem; ſed experimentum dicit hoc tale per occultam facultatem. Ratio uerò inſinuat per conuenientem regionem, ut per uomitum ut per uentrem, per nares, per os, & ſic de ſimilibus. Et hæ omnes euacuationes, ut dictum eſt, habent regulam, & modum a repletione, & inanitione, uidelicet peraccretionem, & decretionem: Vnde ortum eſt hoc proloquium: Diuturna fames cibi, & potus, & plurima repletio pluſquam ratio poſtulat, malum: Multa ſi quidem de ſe præparant in corporibus ægritudines.

Tempus inſuper eligendum eſt, ne per euacuationem corpus lædatur: ſi quidem omnis euacuatio aut impedit quod retinendum eſt, aut retinet quod euacuare deberet: Dicet quis, ergo nullo pacto euacuatio molienda eſt? Hoc dictum fortaſſe haberet ueritatem, quando ita corporis eſſet ſtatuta ſanitas, & firma, aut per intercapedinẽ aliquo non egeret medicinæ auxilio. Qua propter exconſuetudine accepta ſicut comedendum eſt ſemel, aut bis in die, dummodo bene concoquatur; ſic ſemel, aut bis in anno purgandum eſt corpus, ſi ex conſuetudine expediat: eadem regula eſt cibi, & potus, quæ eſt humorũm, ut inquit Hippocrates: Tempus autem commune eſt in medio veris: Particulare uero tempus ſic deſcribitur, ut ſi quis uerno tempore

pore aliqua affectione turbetur, utir debet præcautione in hodierno tempore per anticipationem: similiter semel, aut bis in die exonerãdus est uenter. quod si sponte non fit, artificio tentetur.

Animaduertendum autem est, quod usus eorum, quæ assumũtur præcautionis gratia, uel primis suis uirtutibus seu qualitatibus agũt uel secundis, hoc reddunt effectus, uidelicet repellunt, astringunt, resoluunt, & id genus alia, quæ ad primas reduci etiam possunt qualitates: & hoc dicitur ex intentione Galeni: licet Hippocrates sit alterius opinionis, ut patet in theorematis nostris! Verum non ita huiusmodi effectus in toto corpore celebrantur fœliciter, quemadmodum in partibus, & in ijs maximè, quibus cum habent condecentiam. Agũt quoq; & tertijs facultatibus suos effectus, qui primis etiam haud dubie tribuuntur: sed non in quacunq; parte, ut dictum est: Sed in ea tãtum constituta, certaq;, vnde quasi nomen sortiuntur; ueluti sunt simplicia lapidem terentia, menstrua mouentia, & similia: & tandem agunt a quadam proprietate, quæ ab aliquibus uocatur occulta, & ab aliquibus celestis: & hæc dicitur quarta facultas, quæ aliunde non capit denominationem, nisi ab experimento, ut Rabarbarum attrahit coleram non secus ac magnes ferrum: Turbit phlegma: Epittimus melancoliam, & sic de alijs: In quibus simplicibus utendis maximè docti ab indoctis in hoc dextero usu tuendæ sanitatis discernuntur.

Sorbitiones, & potiones ex doctrina Hippocratis hanc secum ferunt cognitionem: si quis multo cibo assumpto corpore turbatur, inaniendus est: si uero modico assumpto ipsum superare non potest, sorbitione uti debet, quæ ita fit, ut ex sortibus multa aqua permixtis, eiusq; per coctura̅, & temperatura̅ robore detracto, quoddam fluidum fiat, quod magis ad potum, quam ad cibum spectat, ubi exhibeatur. Quod si adhuc sorbitionem non possit superare homo, danda est potio, quæ per detractionem a sorbitione constituitur: exẽpla sunt, videlicet: Caro pulli facit cibum: contusum, facit sorbitionem: & ius potionem: In quibus, & per quæ homines tum usu, tum copia moderatè se habent, quando ijsdem rectè fruuntur: sed quando per plures, quam oportet, aut meraciores, aut intemperãtiores, defectuosioresq; homines implentur, necesse est, ut in febres incidant, & in dolores manifestos. sit loco exempli quidam, qui multa æstuatione correptus ob sortem motũ, ob exiccatos focos, ob propẽsum ignem, & indigeat præcautione, vt in febrem incidat. Atq; ei dandum sit aliquid. Vnde erit sumẽdi principium? & a quo? A cibo forsitan, nequa-

quam,

quam,si cibus siccus est, ne amplius corpus lædatur. Igitur melius est incipere a sorbitionibus,quam a potionibus, dicente Hippocrate:In tenui exquisita dieta facilius delinquitur, pleniore paulo uti melius est:Non est crassa dieta sorbitio,sed plenior,quam potio:Propterea inter omnes sorbitiones laudauit Hippocrates ptisanã, idest ferculum ex ordeo decorticato factũ, quod cæteris omnibus præest, et præstantius est pulmento', quod panatella dicitur, quodq; ex cocto pane conficitur: sed animaduertendum est ne in assumentiũ stomacho accedat,ne pro bono nutrimento in impurum uertatur humorem:Paratur autem hoc modo.ordeum integram torre factum,in polinem redactum uentrem astringere certum est: sed ordeum per binas, uel ternas horas maceratum in aqua, in cuius grano uirtutem esse uegetatiuam dicitur,& huius animæ in aquam ad intra rapi, & porositates aperiri, quibus patefactis caliditas ebullientis aquæ, magis subintrare conspicitur, melioris esse conditionis reperitur, quam si feruenti aquæ illico intromittatur. Etenim quando sic immittitur, uirtus eius uegetatiua destruitur,atq; corrumpitur.

Aqua ordei, & sirupus acetosus pari natura procedunt: Nam sicut aqua ordei constat ex uigesima parte aquæ, & una ordei: sic & sirupus acetosus in mixtione habet eandem proportionem, & modum. Errant plebei in aqua ordei conficienda, quorum error manifestatur,quando in assumptione os stomachi offenditur, eo quia coquendi causa nullum habet modum. Quam obrem non errant qui in decoctione aliquid masticis apponũt. Animaduertendum autem est,quod aqua ordei,succus ordei,seu cremor, & ptisana colata non sunt idem:etenim aqua ordei conficitur per decoctionem in uase uitreo,quæq; tunc completa est,quando amplius ordeum in uase bulliendo non ascendit,sed in fundo permanet:succus uerò,seu cremor ordei fit ad dimidiam coctura, ,siue ad mediæ partis consumptionem,uel quousq; ordeum rubeum colorem acquirat, & per expressionem componitur.Ptisana autem est, quando ultimo ordeum decoctum crassiorem prementibus manibus reddit substantiam.

Oximel calefactoriam uim non habet, ut quam plurimi dicunt, sed sua moderatione aperit,expurgat,& non calefacit, quemadmodum facit mellicratum,quando cum eo herbę, & radices decoquuntur:Regula Galeni est,quod calefacientia in corpore calido, corpus exasperant,ut in pueris uinum:Oximel autem caliditatem non intendit:sed(vt dictum est)euidentissime ut purgat,incidit,dissoluit, & obstructiones aperit.

Mel-

Mellicratum etiam aliquando conuenit, teſte Galeno dicẽte: Pau co namq; ſanguine detracto, protinus mellicratum exhibeo probe coctum cum incidentium medicaminum quopiam, ueluti hyſopo, origano, & interim etiam nepita, pulegio: & ſic tam oximel quam mellicratum cum prædictis herbis craſſos, atq; tenaces in corpore humores extenuant, & incidunt, meatus q; per quos tranſmittũtur, & medicamentis attrahuntur, recludunt: Mellicratum ideſt aqua mellis abſolute pluribus affectibus commendatur, quamquam hoc tempore parum ſit in uſu medicorum: ſed ſi quos eius laudes habere deſiderat, legat Galenum, & Meſuem, qui eam non ſolum commendant in multis affectionibus, ſed plurimi faciunt in præcautione, ne quis ſanus in afflictiones incidat, & ager fiat.

Aqua ſimplex in maxima caliditate, & ſiccitate corporis eligenda eſt: quod ſicum ea parum uini admiſcetur, penetrabilior eſt, labilior per uentrẽ meat. ſimplici autem aqua nunquam uſi ſunt Hippocrates, & Galenus: etenim cum ea ſemper admiſcẽbant aliquid mellis, aut nini: Neotherici parum ſaccari, uel iulep: Quod ſi de ſaccharo timetur, & de melle, ne adaugeant coleram in ſtomacho, cum ijſdẽ parum aceti miſceri poterit: ſimiliter in quibus corporibus phlegmones ſunt, aut febres, dulcium ingeſtio haud probam facit alimoniam: calor.n. phlegmones ſuper excedens, augeſcit; & natiuus, qui temperatus eſt, deficit.

Lenientia, medicamenta, quæ ſæpe a medicis exhiberi ſolent, ut homines præcautionem habeãt a futuro morbo (licet a Galeno, non pleno ore probẽtur, qui, ut inquit, præſentem morbum curamus, nõ præteritum, neq; futurum) ſecundum uſum obtinuerunt, ut præcautione ſaltim aſſequantur, quod curatione forſitan adipiſci non poterant. Atq; ſunt hæc, & ſimilia Manna, tamarindi, pruna damaſcena, Anguria, mercurialis, mirobolani, caſsia fiſtula. Viola, ſirupus roſaceus ex nouem infuſionibus: ſirupus uiolaceus compar: nec eſſet malum, ſi ex mercuriali fieret ſimiliter, & forſitan eſſet cum maiori conferentia, & cum leuitate meliori ſubduceret aluum: ſed horum ſingulorum quantitas exhibenda tranſcendere non debet duas, uel tres uncias: Secus tormina ventris inducerent, & aliquando animi facerent deliquium: licèt medicus dicat de Manna uſq; ad uncias duas: ſed regula Hippocratis eſt, vt ſenſus ſit loco mẽſuræ, & ita diiudicet: Quorum inquam omnium ſimplicium virtutes, & facultates; quia pleno volumine a quam plurimis eruditis, & fide dignis deſcribuntur;

scribuntur non est, ut de ijs amplius ullam faciam. Tempus uerò assumẽdi ea quæ leniunt, bonum est ante cibũ per horam teste Galeno, ubi prunorum decoctũ, uel pruna ipsa uentrẽ subducere dixit: Ideo lubrificantia ante cibum sunt exhibenda: sed antecessio horæ experientiæ est cõcedendum: Melius autem mihi succurrit, ut assumpto lenitiuo, ilico cibetur corpus: Nam data intercapedine, natura directa ad lenitionem distrahitur a, superuenienti cibo: Et cum lenitiuum facilæ ab eadem natura actuetur, breui tempore in uaporem dissoluitur, perfunditurq; & permeat uniuersum corpus, aut quia fit alimentum, si spatium temporis interesserit, aut faciet lænitionem uentris, quam medicus pollicetur.

Soluentia etiã medicamenta in gradu suo cognoscenda sunt quæ licet semper non faciant ad præcautionem: faciunt tamen aliquãdo ad curationem, uidelicet quãdo morbus est in fieri, ut nõ cadat in facto esse: Ingredientia aũt huiusmodi medicamenta sunt calefacientia, infrigidantia, & reliquarum qualitatum gradibus constituta: Est nihilominus animaduertendum, quod medicamentũ quanto potentius est, tanto exhibitio eius minor esse debet: Dosis soluẽtium in primo gradu est usq; ad uncias tres, quia benignæ soluunt: Sõluunt, soluentium uerò in secundo gradu a media uncia usq; ad integram, uel unc. unam & mediam, & hoc totum intelligitur de lenientibus: soluentia autem in tertio gradu, ab una dragma usq; ad tres, uel quatuor exiberi possunt ut Agaricus, turbit, & similia: Et tandẽ soluentium in quarto gradu, a, scropulis a, granis mensuram habẽt, ut collocinta, & similia: Ita & compositorum omniũ quãlis est usus, & in diuersa corporum constitutione, ut administrentur multis monumentis, tam Græci, Arabũ, quum Latini in quã plurimis uoluminibus conscripsere, a quibus comprobata usu nostro medicamenta esse possunt.

Medicamenta itaq; in genere multis modis euacuant: Nam aliqua leniẽdo effectum suum peragunt, cum membri superficies, & materia intercipitur, ut grauitate tandem sua inferiora petant, ueluti facit casia: Aliqua lubricando, cum partes materiei per medicamenta comprehenduntur, atque teneriores mollioresq; atque & lubriciores reddũtur, ueluti sunt pruna: Aliqua comprimendo, attrahendo, ueluti sunt mirobolani, qui cum attractione, & compressione lubricant: & attractiua eorum facultas eijcitur, quia ad intestina trahunt, & expellũt: Animaduertendum tamen est, quod opus

purgatorium ſic intelligitur teſte Galeno. Natura quidem eſt, quæ expellit: Et medicamentũ proprietatis effectricis ratione educit.

Chatartica medicamenta, quæ uulgo dicuntur minoratiua ante materiei concoctionem non ſunt propinanda: Piaculum ſi quidem eſt ſententiæ Hippocratis aduerſari, quando ait: Concocta medicari & mouere non cruda, niſi materia turgeat: Nam electiue minorare per pharmacum, vtpote per electuarium de ſebeſten, & per indum non concocta materia, malum eſt. Mouetur ſi quidem, & grauatur natura in motu illo, maioremque materia cruditatem acquirit: Cum minoratio inuita natura a uoluntariis actionibus ipſam diſtrahat, atq; deflectat: Exhiberi quidem poſſunt minoratiua. Sed tunc, quæ materia turget, ideſt quando motus materiei adiuuat ad expulſionem, ſed non ſufficit niſi opitulante medicamento: Quare bene inquit Hippocrates: eo ducere oportet per cõuenientes regiones opitulante natura: Quod ſi natura non poteſt per cõcoctionem ſupra materiam, eo quia turget, tenenda quidẽ eſt minoratio, ſed caute: & tenenda eſt quã primũ, quia tardare malũ eſt: & Galenus loquens de ſanguinis miſſione fienda in ſanis, ait: Etenim in talibus ſi intemperantes quidem extiterint, uacuatione uti oportere, non autem in omnibus ijs, qui temperantes fuerint, neceſſaria vi detur. Inſuper minoratio tenenda eſt ſæpe in ijs, qui ſubtilibus ſuccis abundant, & tenuibus humoribus ſunt repleti: ſed paulatim euacuatio quærenda eſt, ne ab animi deliquio corripiantur.

Eradicatiua medicamenta nullo pacto ſunt admittẽda, eo videlicet nomine, quo ſonãt, vt unico tantũ medicamẽto tota materia, q̃ peccat in homine euacuetur: Eſſet quidẽ hoc dicere, vt talia medicamenta ad animi uſq; deliquium, vel uiriũ diſſolutionẽ ducerẽt: Atq; hoc tunc maxime contingere põt, quando medicus ultra doſim ſuã medicamenta propinat, quod non eſt faciendũ: Igitur ita pharmaca exhibenda ſunt, ut materiam euacuent. Et quantitas & qualitas euacuationis ad hunc ſenſum intelligenda eſt, ut corpori conferat, & a uirtute leniter feratur: Et qui medicus alio pacto intelligit eradicatiua medicamenta, aut non intelligit, quid ſint, aut ſubripit homini uitam, ac ſi ei mortiferum uenenum exhibuiſſet.

Præparatio ẽt materiei eſt eligẽda; ſed nõ codẽ modo quo plures medicorũ intelligunt. Et electio ſtat ſuper Aphoriſmo Hippocratis dicentis: Corpora cum quis purgare uoluerit, oportet fluida facere: Aliqui. n. intelligunt fluidum facere, pro lubricum facere: Aliqui

etiam dicunt fluidum facere, ideſt materiam concoquere, & digerere: Sed qui dicunt fluidum facere, ideſt craſſum humorem attenuare, lentum ſubtiliare, ij ſunt, qui dicunt lenire uentrem, aperire uias, & mouere urinam: Atque hoc modo fluidum fit corpus ad euacuationem: Quibus autem auxiliis hoc fiat, multa eſt ſcribentium ſilua, a qua facile ſecundum dexterum uſum multa copia haberi poteſt.

Pillulę ſeu catapotia multa etiam diſtinctione adhibēdę ſunt quę que exhiberi ſolent ęgrotis, neutris, & ſanis hominibus: At maximo uſui eſſe uidentur ijs præcipue, qui gulæ, libidiniique ingurgitandi occaſione dediti ſunt: Quibus ita ſuccurrere malum maximum eſt, dicente Galeno: Vinoſos, ac uentri, gulæque deditos, neque purgatione, neque ſanguinis miſſione magnopere adiueueris, nam per uitæ intemperantiam crudorum humorum copiā ociſſime colligunt: Ideo ijs ne manum quidem adhibere debemus: Sed contra Galeni dictum cogit medicos noſtra ætas pillulas exhibere, ut a minori malo, ad maius malum non fiat tranſitus: Etenim ſunt aliqui, qui poſt ingluuiem ſumunt pillulas. Hoc ad eo ex hac re, ut denuo expleantur: Atque hoc etiam fortaſſe faciunt, non ut ſalubris uictus ratio poſt ſalubres euacuationes ab ijs negligatur, ſed ut maior repetatur ingluuies: Et inde fit, ut hi hoīes raro ad uiridiorem ſenectā miſeri perducantur. Animaduertendum eſt, quod oēs, ſeu quam plurimę pillularum ſpecies plenę ſunt Aloe: At quid de aloe ſentiat Galenus, & Meſues, ipſi teſtificantur: Huiuſce. n. naturæ eſt, quod maxime reſoluit humiditates: Et hinc eſt, quod uitā decurtat: Exſiccatio namq; mors eſt: Et ab earum uſu ſenes maxime ſunt arcendi. Prętat. n. exercitatione cōmodaq; uictus ratione (unde hoīes longiſſimā lucri faciunt uitā) frui, quā pillularū uſibus aſſueſcere. Propterea q; fortaſſe non ſunt laude digni illi medici, qui ſecundum oportunitatem de mane, & de ſero ſemel, aut bis in hebdomada pillulas properant, ſeu propinant: Et forſitan minus male faciunt qui æſtate exhibent Mitridatum; & in hyeme tiriacam: ſed inter cęteros non audiendi, qui ex uſu talium pillularum pollicentur ſanitatem: Exhibenda quidem ſunt, ſed longis interuallis interpoſitis, uel poſt purgationem factam a pharmaco ad hoc ut reſiduum relictarum ſuperfluitatum per humorum exuberantiam euacuetur: Et eo tempore etiam earum exhibitio licet, quo aliquid conferat, & conducat: Obeſt tamen, quia tales pillulæ,

ſcitur, quando in principio, nec per vrinas, nec per alia excrementa quicquam euacuat: Potentia verò dignoſcitur, quando voluntaria non dimittit. Eſto igitur, quod poſſit, tunc ſinendum, & non eſt inſa manda natura. Si verò non poteſt, tunc etiam imitari debemus naturam motu ſimili, vel conuenienti: Atque hoc pacto, fideles, & bene operantes imitatores ipſius eſſe videmur. Præſto tamen naturæ eſſe debemus, videlicet quando mouet percoctionem cum ijs, quæ coctionem adiuuant. Et ſi quid ipſi naturæ ſupplendum eſt, eo ducere expedit, quo ipſa repit per conuenientes regiones. Igitur cum diuerſæ ſint regiones & quæ ſeruiunt ſanguinis miſſioni, & quæ exhibendis farmacis adſcribuntur: merito conueniunt in hoc, quod ad euacuationem ſunt deſtinatæ: ſed ſecundum motum, operationes, & facultates differunt: quarum inquam differentiæ quum habeant latitudinem, latè patent apud eos, qui multa de ijſdem conſcripſere.

Cœna, & prandium tandem erunt, quæ dexterũ uſum noſtræ intentionis per ſummum concludẽt: Et hoc factum eſt, ut ſi quid agũt homines in medicina, illud agere debent, ut ſalubriter iuuetur, & diuturnius ſanitas conſeruetur, ſed hoc melius fieri nequit quam per cœnæ & prandii obſeruationem, quæ a ratione uictus ſumit modum, & ordinem: Eſt autem tempus edendi, & bibendi illud, quod appetitus famis, & ſitis oſtendit: ſed illud eſſe debet oportunum: Nam quam hora ſolita non ſuperuenit, ſignum eſt, quod plus fuit aſſumptum, quam ſit digeſtum: Vocatur autem appetitus ab Hippocrate fames: Ideo dixit: fames magnam uim in naturam habet ſanandi, debilitandi, occidendi: Oritur autem quando capita uenarũ ſugunt: Venæ ab hepate, hepar a ſtomacho per uenas meſeraicas: Et inde oritur in ſtomacho fames, ideſt appetitus reſumendi alimentum, ut inſtauretur quod deperditum eſt: Ideo ſanorum corporum hora, & tempus oportunum tunc eſt, quando delectabile, & probabile deſiderium ſuperuenerit: ſecus uerò quãdo inſuaue eſt, & appetitus nullus, tunc maximæ ſtomachi faſtidium oſtenditur: Aſſumenti uerò cibum, procedere debet optima maſticatio, furtiua deglutitio, ſed quæ ex ingluuie, & uoracitate cumulatior eſt in cibo, potuq; mala quidem ut plurimum, & aliquando ueluti ſtrangulatio eſſe uidetur: Vnde qui non bene mandunt, & raros habent dentes, breuioris uitæ fore dicuntur: In ſuper in una menſa plurima, & diuerſa cibaria, ſeu obſonia faciunt potius ad ingluuiem, quam ad uitæ, ſalubritatem

britatemq; disponuntur: Satius. n. & salubrius foret, ut natura fecisset tantum stomachum, quantum sufficere posset ad uitam: sed quia ex diuersitate saporum plus ingerit, quã digerere ualeat: Hinc est quod edaciores sunt breuioris uitæ, quam qui pauca, & illa condecentia edunt: Id quod uulgo probatur sic dicente, & in sacra scriptura legitur: Plures occidit crapula, quã gladius: Et minus apte uiuunt, qui nimis apte uiuunt: Animaduertendum quod sapores inuenti sunt, non ut plus appetant homines, sed ut appetibilius comédant: Nec est semper uerum, id qnod dicitur. Quod sapit, nutrit: Bene uerum est, quod quæcunq; cum uoluptate capiuntur a stomacho amplexantur: Et ea quæ displicent refugit: Sed hæc regula in sanis semper habet locum: At in ægris non est semper obtemperandum prauo appetitui, ut deterior cibus exhibeatur: Sunt. n. cibus, & potus ad usum, & ad uirtutis tolerantiã. Etenim non uiuimus, ut comedamus, sed comedimus ut uiuamus: Quare fugienda sunt, quæ nauseam, & fastidium pariũt, quæ grauitatem stomacho faciunt, & quæ uentrem tendunt, & inflant: De electione ciborum iam dictum est, sed pro meliori recordatione, dicendum: Quod cibi subtiles, faciles ad concoquendum, boni chimi, sunt eligendi: Crassi uerò, & difficilis concoctionis fugiendi: Insuper temperati natura optimi sunt: At qui excessum habent per contrarias aliorum ciborum qualitates tẽperentur: Et tandem ordo mensæ hic esse debet. Primò subtile nutriens, & facilis concoctionis, ut sunt oua sorbilia: Deinde nutrientia secundũ gradum ita, ut in fine mensæ compressiua, & corroborantia stomachum exhibeantur, quo facilius natura tolleret quæ assumpta sunt, & fastidium non patiatur: Iam dictum est, quod ciborum uarietas non solum timenda est, sed etiam fugienda: Insuper est curandum, ut inter cibum, & cibum cadat id interuallũ, ut a stomacho ad uentrem ceciderit quod assumptum est ad hoc, ut cibo cibus nõ super ingeratur, & faciat turbationẽ: Similiter improbantur, & detestantur aliqua edulia, quæ non sine ratione sunt animaduertenda: Exempli gratia, Caseus, Vinum, lac, acrumina faciunt ad sanitatis conseruationem, & in bonum uertuntur alimentum: tamen multa sunt corpora, quibus non expediunt, & loco alimenti in uenenum conuertuntur: In iis igitur modus esse debet, qui & ab experimẽto, & a ratione sumendus est, ab assumptione ulla sit futura turbatio: Attamen in iis assumendis multum ualet consuetudo, quæ si mutatur facile facit cadere hominem in ægritudinem: Et tandem post

longam

longam ciborum obseruationem, & modi scientiam, dubitatur de quantitate cœnæ, & prandi: videlicet an uberior sit futura cęna, quã prandium, & econtuerso: super qua dubitatione doctores uidentur esse diuersi: Proponit itaq; Hippocrates hoc theorema, dicẽs: Expedit cognoscere si semel, aut bis in die comedas, quando bene cõcoxeris. Et hoc intelligi põt de prãdio, & cęna: Et sic mouetur difficultas, an parcior sit futura cęna, quam prandium. Quæ dubitatio, ne in longũ trahatur, compendiose absoluetur: sunt itaq; prãdium, & cęna distinctis nominibus constituta ab homine, ut debito interuallo temporis interposito comedentes bis in die satis habeant oportunitatis ad futuram concoctionẽ: Stat igitur pro prandio ut ij, qui obesa habent corpora, crassis, lentisq; humoribus expleta liberalius prandeant, quã cęnent, ob illud incommodum, quod noctu plurimis contingere solet, uidelicet uirtutis obumbratio, detentio, & suffocatio: Idq; manifestatur in pulsibus dormientium: Etenim eorum pũlsus per eleuationẽ fiunt imbecilles, & per depressionem profundi: Sed pro cęna dicitur, ubi somnus utilis sperandus est, ibi nutritionis, restaurationisq; ope quę rendus est: At a cęna potius quam a prandio melius expectandũ: Igitur cęna uberior esse debet, quam prandium: Id quod testatur Galenus dicens somnos conquere, & uigilias digerere: Ac si dicatur per digestionem, idest alimenti distributionem per uniuersum corpus eligenda est uigilia, & in uigilia prandium: Sed pro concoctione eligendus est somnus pręmissa cęna: Dicendum non sine cã aiunt Doctores, quod tota corporis salubritas cõsistit in tribus, uidelicet exercitio, restauratione per cibum, & potum: & quiete. Secundum quem ordinem cęna uideturliberalior, eo q a sequitur quietem, & prandium uigiliam, quæ nullo alio modo esse uidetur, nisi per distributionem humorum post exercitium.

Dubitatur ad huc, an imminẽte egritudinis periculo p pręcautionẽ instituẽda sit aliqua uictus ratio. Respõdetur talem esse instituendã qualem imminens periculum expostulat, uires requirunt, & simplicia nutrientia tradere possunt: Inquit Hipocrates in tenui exquisita dieta facile homines delinquunt, melius est uti paulo pleniori: & hic modus seruandus est: Si imminens periculum a calido est, cõfert humida uictus ratio: Si ab humido ficca, in qua uictus ratione semper aliquid dandum est tempori, ętati, consuetudini: similiter si uires reparandę sunt, semper pręmanibus habenda est Hippocratis sententia, quod plenior dieta melior est, ad

uirium

virium instaurationem, quam tenuis. Quare in sanis stata, atque exquisita victus ratio est patum tuta, quia errata grauius ferunt. Et sic plenior ille victus exhibendus est, qui ab exquisita tenui dicta remittitur, vt vires continuam habeāt reparationem. Et tandem nutrientia cognosci debent. Non enim omnia vno modo, omni tempore, vna, & eadem mensura omni ætati, & semper exhibenda sunt. Ideo de ijs licet non sit omnino certissima, & fidissima victus ratio, quia variegratiora in eorum assumptione reperiuntur. Attamen hoc concessum est perito medico, vt semper habeat vnde incrementum alimentorum obesse, vt prodesse possit, præcognoscit assumentibus; Potest quidem prodesse, quando tale alimentum superatur a natura, & fit leuis humor: sed obesse valet, quando ita remanet in sua puritate, vt non solum non vincitur, a natura, sed ipsam disperdit: Qua propter multi negocij est in re medica proferre sententiam super alimentorum facultatibus: Et non est semper ilico protelanda sine ratione, & quemadmodum faciunt nonnulli, qui temere, & absolutè loquuntur: Exempli gratia: Pelliculam stomachi gallinarum interiorem debilibus stomacho conuenire. Et quid aliud est hæc pellicula, nisi quasi corium. Prodesse quidem potest non debilibus stomachis, sed retinere non valentibus: Et Diascorides refert Gallorum antiquorum ventriculum paratum ea ratione, qua scribit, purgationibus multum præstare: Quare semper medici est non ita absolutè ferre sententiam, vt nullus amplius locus dubitationi possit relinqui; sed ita agendum, vt non pœniteat.

LAVS DEO.

DE BALNEO SANCTO CASTRI SATIRIANI,

Franciſco Thomaſio ex Colle Vallis Elſæ Tuſco Medico Phiſico Auctore.

MAGNAS laudes pluribus aquarum ſurgentium fontibus antiqui experimentatores tribuere, eo quod multis virtutibus, proprietatibusq; plenas eſſe inuenerunt. Si quidem in Africa eſt fons, cuius aqua, voces facit canoras. In Boetia duplex fons eſt, quorũ alter memoriã, alter vero obliuionẽ inducit. In Aethiopia fons eſt rubri coloris, de quo ſi quis biberit, ilico lymphaticus fiet. In Sicilia ſunt duo fontes, quorũ vnus ſteriliratẽ, & alius fęcũditatẽ tradit bibẽtibus. In Idumęa fons quater in anno mutat colorẽ: etenim tribus mẽſibus ſurgit puluerulẽtus, tribus ſanguineus, tribus viridis, tribus limpidus, & vocatur ab incolis fons Iacob. In Sycilia ad radices mõtis Syon fons eſt, qui non vniuerſalibus aquis, ſed certis diebus, & horis ebullit. In Sardinia sũt fontes calidi, qui oculis medentur, In Aetruria duo fontes ſunt prope ortum fluminis Elſæ, qui diſtant inter ſe quatuor nõ amplius vlnis, alter calidus, alter vero frigidus in fontẽ vnũ cœuntes, & medicatas habẽt proprietates. Sed quid dicendũ de reliquis Italiæ partibus? Plurimi quidẽ fontes ſunt, quorũ memoriæ longo vſu, & experimento iã de ſe conſtituerunt artẽ, ſecundũ quam vniuerſales, & particulares ægritudines verã, rectam, bonã, & decentẽ habent curationẽ. Verũ tamẽ modo non ſuppetit locus vniuerſalis enarrationis, quia in alio opuſculo id omne a me digeſtũ eſt per annotationes. Succurrit aũt velle eloqui de Balneo Sancto, qđ diu latẽs in tenebris, iterũ emerſit anno Dñi 1577. cũ multa hominũ admiratione, & eorum præcipue, qui in eius aqua periculum fecere. Quare operæ pretium eſſe duxi, ne amplius caderet a memoria hominum, breuiter annotare aquæ naturam, vires, & proprietates, vt cognoſcant homines, quod Deus Opt. Max. ſemper ſua miſeratione præſto eſt neceſsitatibus noſtris.

Sereniſs. D. Franc. Magno Duce Aetrur. fons erupit in planicie, q̃ fines habet ad Caſtrũ Satirianũ Septentrionẽ verſus, ab occaſu ad montem noſe Pieſum: ſecundũ aquæ fluxum ad meridiem, & ad ortũ Solis, & tandẽ in Oreatũ torrentẽ ingreditur. Vna quidem aqua eſt, licet in breui ſinu, ſecundũ tres diſtinctas eruptiones emergat. Nullam quidem ebullitionẽ, nullam ſpumam effert, ſed ſolum facit ſimplicem emanationẽ. Ducit aũt ſecum (vt apparet in fundo) arenulas, lapillosq; ſubcinericij coloris. Tactu verò non admodũ calida,

minus quam tepida, sed per diem, & noctem in calore habet aliqualem mutationem, colore clara, & subalbida instar dissolutæ spumæ liuescens. Gustu denique non insipida, secumq; fert limositatẽ quandam, ita vt tenuis crassities in ea percipiatur, nec non punctio quædã linguæ cũ aliquantula constrictione. Quod si facies aut manus lauentur cũ ea, remolliuntur. Sed assiduus, & longus vsus facit eas efflorescere. Limus fundi separatus ab armulis surgentibus ẽt subcinericius est, odore non ingratus. Sulfur tñ aliquantulum reddolens. Terra ẽt quæ circa fontem feritur ab incolis crassa est, nigra, & humore plena, quia ferax vbertatem semper pollicetur. Insuper locus fontis cum sit sublimis, nullam patitur nebularum desędationẽ, nec alienas a vicino monte mutationes recipit. Etenim mons non ita tollitur in altũ, vt alia qualitate alteretur, præter quam ab ea, quæ cõis est vtrisq;. Scaturiunt etiam aliæ aquę salientes multæ, quæ coactæ in loco aliquantulum decliui faciunt flumen: sed distant a supradicto fonte ita longe, vt fortasis non detur locus dubitationi, an sint omnes vnius generis, vnius naturæ, proprietatis, & virtutis.

Balneum igitur Sanctum antiqua memoria scripturarum, quæ in Castro reperiuntur, refert, & manifeste demonstrat ibi fuisse vbi nunc est. Sed aliquantulũ distans a nouo fonte, a quo modo surgit aqua. Insuper reuelatio patrum ad filias, testatur olim fuisse ibi balneũ, quod nunc miris virtutibus refertum, pluribus infirmitatibus succurrebat. Vnde non est fortasse indecens, & indecorũ adducere illã memorabilẽ inscriptionẽ, quæ reperitur Romæ (vt ex relatione audiui) antiquo caractere signata, sic, Sacer Deæ Satirianorũ. Ex quibus verbis expiscari possumus. Qđ cũ esset Romę nobilis familia Satirianorũ, fortasse ab ea constructũ fuit castrũ hoc sumpta occasione a fonte, in quo latere deã arbitrabantur, & quã colebant, cũ eius aqua multis occurreret infirmitatibus. De quo ẽt fortasse meminit Horatius Poeta, quærens curatura per balneũ aquæ frigidę, succurrere oculis suis, & nominauit clusinũ balneũ. Qđ aũt hoc sit verũ, an nõ, memoria inscriptionis testari põt. Ego vero de tali vetustate amplius non sum verba facturus. Est aũt aqua huius fontis secundũ vsum potationis, coctionis, fomẽtationis, mundificationis, mersionis, destillationisq; cõueniens. Naturã habet mineralẽ in genere. Etenim vbicũq; fodinę lapidũ mineraliũ, aut terra mineralis reperitur, mineralia oĩa esse posse dicuntur. Existentia siquidẽ talia sunt, qualia esse dicuntur ex quibus existunt. At in proximo monte, & in vniuersa regione hinc inde reperiuntur duri lapides referentes naturã marmo-

ream,

ream,& cũ marmoreũ multæ ſpecies ſint, non eſt mirũ, an de ſe redd dãt,alicuius diſsimilitudinis figurã. Duri itaq; lapides,qui inueniuntur,naturá marmoreã repreſentare videnẽ. Terra ſimiliter circa balneũ dura eſt lapillis,arenulis cõſperſa. Cęnũ ẽt ſolidũ, per qđ facile formantur latere,qui multã ſuſtinent coctionẽ. Per hanc autẽ regionẽ,multa copia aluminis ſcagliolæ(vulgo ſpecchio d'Aſino)inuenitur,de quo incolæ plurimũ gypſi per decoctionẽ faciunt, vt inde lucrẽtur vitã,nęc multo longe a balneo de eo plurima copia cernitur. Quæ oĩa ſecundũ genus terrę naturã marmoris referunt,ſed ſecundũ ſpeciẽ alumen ſcagliolæ. Neq; huic intẽtioni facit dubiũ diſtantia loci,vbi expiſcantur incolæ tale alumen. Etenim cũ fons habeat venas meatusq; ſubterraneas, ab ea in quã terra per quã tranſit, aqua fortaſſe acquirit qualitates,proprietates & ſapores. Et qđ hoc ſit verũ, hæc pericula peracta ſunt. Atq; id primũ. Abſoluta,celebrataq; deſtillationis aquæ per violentiã ignis, reſidentia fuit arena ſubcinericia,guſtu,acris,mordax,& paruæ ſquamulę albæ pellucidæ inſtar vitri. Secundũ periculũ fuit per immerſionẽ lintei, ſeu ſudarioli ſubtilis in hac aqua,q eſpreſſus vt ſiccaretur,velocioré,facilioré; habuit, exſiccationẽ,quã aliter ſudariolus, qui a cõi aqua expreſſus ſiccatus eſſet. Tertiũ periculũ fuit per reſidentiã in vaſe vitreo, in cuius fundo nihil aliud reſedit præter quã ſubtilis,limoſitas,tenax,ſubalbida. Quartum periculum fuit,per effumationem aquæ bullientis ſub pelui æreo,patefacta quidẽ eſt adhærens materia craſſa alba compacta. Quæ omnia pericula ſub experimento poſita probationem faciunt in aqua, alumen ſcagliolæ habere potentẽ qualitatẽ. Quæremiſſior eſt in acqua hac,qđ in ipſo alumine.Id qđ huiuſmodi periculo probatũ eſt. Fruſtũ ſiquidẽ aluminis poſitũ fuit in aqua fontis,& tantũdem aluminis contuſi ẽt in aqua per infuſionem in diſtinctis vaſis vitreis. At tranſactis diebus, facta reſidentia, apparuit in ſummitate illud idem, quod in aqua balnei probatum eſt,quia hęc pericula reddiderunt,quod continebant. Quare ex mea ſentẽtia felix fuit hoc periculum. Etenim aqua depoſita omni reſidentia colore remanſit clara, pellucida,ſubalbida, tactu ſubpinguis, guſtu aſpera, conſtringens, linguam mordicans. Ex hoc igitur periculo per quandam comparationem iam planè dici poteſt, huiuſce balnei aquam referre naturam aluminis ſcagliolæ eo, quod narratæ probationes idem faciunt iudicium, ſed ſecundum intenſionem, & remiſsionem qualitatum. Nec eſt mirum, quia (vt iam dictum eſt) duri lapides pellucidi, qui per totam regionem inueniuntur, oſtendunt

huiusmodi aluminis inclusam habere fodinā, vt patet experimento eorū, qui ipsum decoquendo redigunt in gypsum. Id qđ non est præter rōnem, quia tale alumē reperitur in tophis, seu in glebulis gypsi pellucidi. At qđ aliud est hoc alumē, nisi exquisitissima pars crudi gypsi, quęq; flos gypsi denominari pōt? Cōparent itaq; inter se gypsum alumē & hęc aqua. Ita distinguētur in gradu, vt exempli gratia in primo gradu adstrictionis sit aqua, in secūdo alumē, in tertio gypsū decoctū, tanquā potentissimū, & efficacissimū oīum adstringentiū. Gypsum itaq; ex terra, q̄ in laminas pellucidas diffringitur, habet cōpositionē. Qđ coctū si diu detineat, arrodit se ipsū, & inutile euanescit. Sed retinet virtutē emplasticā subtiliorē, quā calx, refrigerat, siccat, maxime adstringit, obstruit, glutinat sāguinis eruptiones, sudoresq; cohibet. Qđ si hæc oīa operatur gypsū facit alumen. Sed remissiori mō. At quas virtutes habeat aqua hęc p̄terfluēs, p abscōdita terrę cō pactæ ex duris lapillis referētibus formā marmoris, gypsi, aluminis, & eorū naturas, inferius declarabit. Cōtraria aūt hæc aqua est cęteris aquis balneorū calidis p vltimā quodāmodo remissionē caliditatis, eo qđ parū distat a frigido, & ideo non calefacit, qa calida nō est. Siccat verò ob adeptā mixtionē a mineralibus, p quæ transit. Omnis n. aqua facile suscipit alienas impressiones. At quia in humido nulla est cōsistētia, ideo qđ facile suscipit, nō diu retinet si habet vnde facere possit mutationē. Igitur duo notari possunt in hac aqua. Primū qđ non calida, sed in remisso gradu caliditatis, fortasse ob leuē minerā sulfuris, q̄ odore percipitur in limo suo. Secundū qđ sicca, & talis existit, qualia sunt, ex quibus miscetur. Insuper notādū est, qđ aqua simpliciter de sui natura humida, & frigida est, atq; contingit aliq̄n, vt remaneat in sua frigiditate, si non habeat, vnde calefiat. Idcirco paruitas sulfuris, qui odore percipitur in limo suo, pōt ipsam alterare ad aliqualē caliditatē, secundū quā re vera non est, nec pōt dici calida, ita vt calefaciat. Similiter non remanet calida, quia terminatur in vijs ductuū ab ijs, quæ frigefaciunt, & siccant. Ideo non est mirum, an remaneat in aliquali frigiditate, & in summa siccitate, id qđ experimento patet. Etenim aqua fluens p inferiores partes terræ facit partiū vnionē. Terra aūt ob intensam siccitatem solueretur in pulue rem, nisi pars eius cum parte humore aqueo vniretur. Et sic aqua transiens per intraneos meatus, a locis per quæ transit in colore, & sapore recipit immutationē, & ideo nunc salsa, nunc dulcis, nunc clara, nunc turbida, nunc crassa, nunc subtilis apparet. Proprium autē simplicis aquæ est, carere determinata qualitate, & quam recipit

non

nõ est sua. Etenim q̃to est in se purior, táto vr̃ obscurior, videlicet qñ ad eius colorationẽ radiorũ solis splẽdor nõ ingreditur, & tãdẽ notãdũ est, ꝙ fons semp sapit naturã sui fundi. Nã si dulcẽ, & clarũ habuerit fundũ, dulcis & clara erit aqua. Si vero erit sulfure⁹ & limosus, aq̃ sulfur, & limũ redolere necesse est. Quod si corruptus & vitiosus, totũ qđ inde exierit effluxeritq; vitiosum & corruptũ erit. Quare experimẽto ꝓbatur, ꝙ aqua cito admittens corruptionẽ subtilis est: & maxime lædit, qñ fit putrida. Insuper aqua insipida, aut salsa, aut sulfurea, aut aluminosa, aut metallina habet has facultates. Salsa vẽtrem emollit, inordicat, intestina laxat, & sępe cõsumendo humorẽ, ventrẽ inquat, cõstipat corpus, siccat scabiẽ, pruriginẽ sanat. Hydropicos curat, si in cibo potuq;. Sumatur sulfurea frigidas curat infirmitates, neruos calefacit, intercutaneos humores cõsumit. Metallina naturã metalli seqtur & effectũ. Aqua aũt aluminosa, ac bituminosa infrigidat & desiccat. Sãguinis fluxũ cohibet, & cõstringit, hemorhoidas sanat. Igiẽ cum de aluminosa tm̃ nr̃a sit q̃stio, eo qđ hic fons sanctus aluminis qualitates subeat: Primò dubitatur, cur secundũ interualla tẽporũ modo fluit, mõ secũdũ maiorẽ partẽ occulteẽ & lateat. Secũdo, cur nõ sit calida & sulfurea, cũ fundus oleat sulfur. Tertio narrabũtur ei⁹ virtutes & expimenta. Vtẽdi aũt modus declaratur in libro annotationũ sup̃ vniuersali notitia balneorũ, ꝓinde sub silẽtio relinquitur.

Quantũ pertinet ad primũ q̃situm extat Auerrois sentẽtia, fontes & flumina nasci in mõtibus, q cũ sint cauis cauernis spõgiformibus pleni, plurimũ ẽt calidi continent, a calido fit attractio, & in vacuo inclusus aer intercipiẽ. Quod attrahitur simile mõti in siccitate, fit mõs in substãtia. Quod vero est dissimile, repellit in humidũ, atq; cogitur in locũ, in quo nõ ꝑpetuo ꝑmanet, nec resident, sed foras truditur per capita fontiũ ad perficiẽda flumina. Quæq; modo fluũt, modo firmãtur a fluxu ꝓ vt copia humidi crescit, & decrescit, secundũ locorum oportunitatẽ. Id qđ per sensibile experimẽtum cõprobatur. Videm⁹ n. in mõtibus siccis herbas humidas ꝓcreari, vti sunt crassula, cimbalaria, Vermicularia: neq; hoc est mirũ. Etenim siccitas, quæ naturaliter q̃rit seruare mõtẽ in sua siccitate per fumũ sibi similẽ virtute attractiua q̃rit ẽt nutrimẽtũ, & pabulũ siccũ. Humiditatẽ vero abhorrens fugãs ve tanq̃ contrariã a se repellit usq; ad radices herbarũ, quę in superficie mõtis tanq̃ superfluæ ab interiori mõtis substãtia sunt reiectæ. Hinc fit, qđ radices talẽ humorẽ attrahunt, quàlis ipse est. Et secũdũ humoris existẽtiã herbæ humidę & crassę nascunt. At ipse herbæ mõ oriunt, mõ occidũt. Atq; hoc cõtingit ꝑp accessũ, & recessum

reiectæ

reiectæ humilitatis a mõte. Igit hoc pacto similiter fortasse cõtingit fontib', q aliqñ fluũt,& aliqñ a fluxu cessant, ꝑ vt subministrat,& auferẽ, vñ fluxũ hẽant,et si dficiũt,recupationẽ: euenit aũt hoc qñ i toto monte aqua nõ miscẽ cũ terra,sed terminaẽ ab arenulis, ꝑ vt dr, q termin' maris est arena. Itaq; qñ aqua hẽt interi' terminũ suũ,fugit terrã siccã,diffundit,labit,& qrit,vñ exitũ hre possit cõdecentẽ,& sic facit fontes. Ex oppositio vero facit stagna,& lacus, qñ facile cum terra habet commercium,in mixtione, & hoc pacto cacumina montium non petit.

Quantũ ad secundum plures cãe pñt assignari de frigiditate aquę fontis de quibus oẽs philosophi plura loquuntur,sed rõ dubitationis orit. Si limus in fontis fundo olet sulfur,cur nõ est aqua sulfurea,sicut est calida. Fortasse q a sulfur cũ ea nõ miscẽ, & nullũ hẽt commerciũ. Vel tãtula est paruitas ei',vt nulla possit seq alteratio seu mutatio se cũdũ sulfureã qualitatẽ. Vel qa alumẽ secũdũ naturã tñ abest a sulfure, vt in ipsi' aluminis ꝑdominio & sulfur & qualitates ei' in exubrãti humido aluminoso obtũdantur,& reprimãtur adeo, vt sensu pcipi nõ possint, nisi in limo q fortasse nullã cũ aqua hẽt participationẽ,sed cũ terra,cũ paruũ secũ ferat sulfuris odorẽ. Atq; hoc pacto si aqua remanet in aliquali caliditate, eius caliditas ꝑuenit ab incluso calore intra mõtẽ, vt dictũ est. Quantũ ad tertiũ elt dicendũ, q virtutes & ꝑprietates huius aquæ exprimi nõ pñt,prius q̃ acqsita siccitas eius nõ declaretur. Atq; eodẽ ordine manifestabit natura siccitatis, q̃ sit & experimẽta, quæ ab hac aqua certa rõne haberi pñt,declarabunt. Siccitas itq; receptiua qualitas modo caliditatẽ mõ frigiditatẽ insequtur. Sed promptius caliditatẽ,quia caloris lima nuncupatur. Propriũ aũt siccitatis est ꝑ se siccare, per accidens vero habet effect' multiplices: si quidẽ inspissat,exaspat,motiones retardat,cõsumit,destruit,mortificat. De quibus oĩbus verba facere longũ esset ꝑtrahere sermonẽ. Quare vt medicè loquar,secundũ cõparationẽ ad hãc aquã fontis sancti,manifestum iam est, q prima sua qualitate siccat. Etenim quicũq; eã bibũt,autĩ ea lauãtur siccitatẽ cõsequi cõfitentur: Insup qa siccitatis mot',ẽ ad cẽtrũ,qñ in vsũ corpis venit tũc mẽbra coarctat,cõstringit,& ꝑ cõstrictionẽ educit humiditas,q̃ pri' fuit ꝑ corpus dispsa. vñ vr humectari, q pri' siccũerat. Atq; ob hãc cãm multi, q articulorũ doloribus,nec nõ tu morib' podagricis aut neruorũ cõtractione languebãt,sola balneatione cõualere. Tertio ẽ attractiua sibi necessariorũ & similiũ,vt ita dicã,incorporatiua. Exẽplo sunt multi,q patiẽtes

malum

malũ habitũ humidũ totĩ corporeis, p lotionẽ curabãtur, eo q talis aqua superfluorũ & dissimiliũ sibi est repulsiua. Quarto est attenuatiua. Exemplo sunt, qui crura, & pedes crassos inflatosq; habẽtes per lotionem bene valuere. Et qui male affecto stomacho prę humiditate dolebãt summo mane ieiunè assumẽtes ciatũ plenũ aqua p decẽ dies salubritatẽ cõsequuti sunt. Etenim cõsumpta humiditate, subsecuta est extenuatio. Quinto est substãtiæ induratiua. Exẽplo sunt q patientes tumores molles, cõsumpta humiditate, eorũ mẽbra dura solidaq; inuenere, Sexto cũ hæc aqua secundũ siccitatem subtilis sit, facile per meatus raros corporũ tanquã substantia aerea trãsiẽs nõ habet impedimentũ. Exemplo sunt qui arenulas, paruos lapillos, urinã turbidã, sanguineã, pituitosam, crassamq; facientes: nec nõ mulieres uexatæ a fluxu albo, & ab exitu uteri ex assũptione huius aquæ liberatę sunt. Siquidẽ desiccat, rare facit subtiliat, attenuat & lapidẽ minuit, ac soluit Septimo est motꝰ tardatiua. Exẽplo sunt plures, qui a lenitatibus intestinorũ correpti, per assumptionẽ aquæ cõualuere. etenim ob prædominiũ suę siccitatis, partes aereę & aquosæ in terrestres redigũtur. Octauo ex accidenti aliqñ est lenitiua. Exemplo sunt illi, qui eam sumentes factã calidã in q̃titate cõuenienti, ieiuno stomacho, leniũtur ventre, & q post prandiũ eã sumũt, ob illius siccitatem acutior factꝰ calor fæces dissoluit & humores, sic & intestina ad deiectionẽ irritãt. Nono ex accidẽti succurrit ẽt motui naturæ expimẽto sunt plures, q a corporis obesitate detẽti p morã in eiꝰ lauacro sudorẽ plurimũ emisere. Etenim faciẽs motũ ad cẽtrũ æqualiter ducit circũferẽtiæ ptes ad mediũ. Et sic fit ptiũ circũflexio æqualis ita, vt quodã mõ oriat motꝰ circularis. Vñ natura facta potẽtio in alterõne posita volũtarie expellit q nullã facit collectionẽ in corpe. Hinc est, q multi p sudorẽ a nimia repletione humida p̃ualuere. Aliq vero loco sudoris in tumores molles, aut acres incidere, p vt humorũ erat cõsistẽtia, q̃ mouereẽ a balneatione. Decimo hæc aqua p̃ siccitate dissipãs supfluas humiditate spũs subtiliat, ꝺpurat, & velociores reddit. Exẽplo sũt ancheloſi, surdastres, coriza, ꝺtẽti, cõuulsi aliqu: pte corpis & linguæ immobilitate. Si q̃dẽ exõerati p assũptionẽ aquæ, aut p distillationẽ lotionẽq; ad faciliorẽ motũ & agiliorẽ sptũm redacti sũt. Ego vidi cæcutiẽtes lippiẽtesq; ex freq̃nti lotiõe oculorũ, cũ hac aqua pristinã resũptisse visus facultatem. Vidi ẽt claudos obneruorum contractionem, cum dui starent in aqua hac pristinam post decem annos ab ægritudine resumpsisse conualescentiam. Vndecimo, est consumptiua exemplo sunt multi, qui a nimia repletione detenti, licet per medicamenta

essent

essent euacuati, non adhuc famescentes, quodammodo etiam repleto stomacho conquerebantur. Quare ex huius aquæ potu famem, & leuitatem assecuti sunt: etenim consumendo humores, corpus euacuat, & a superfluitatum augumento liberat, depauperat, & ex consequenti corpus inanitur.

Veruntamen præcaueri debet ab ijs, qui spiritus naturales inanitos habent. Etenim cum hi spiritus constent ex fumo humido, facile ab ea dissoluuntur. Præcaueri etiam debet ab ijs corporibus, super quibus posset habere. prædominiũ secundum excessum, si quidem esset causa mortificationis, pro vt est causa viuificationis, quãdo recto modo administratur. Viuificat autem, quando exempli gratia destillationes ad spiritualia, & ad cæteras partes corporis spiritus obstruẽtes tanquam medicamentum siccum consumit, & vias reserat, & sic quasi morientis sequitur viuificatio. Igitur si hæc aqua naturaliter in medicina necessaria est ad superfluitatis humidæ consumptionẽ, ad humiditatis coarctationem, ad caloris excitationem: Attamen præcauendus est longus vsus eius ob pessimam qualitatem, per quã soluit corporis temperamentũ. Si quidem diuturna eius administratio difficiles creat infirmitates, videlicet Phtisim, Hæcticam, Marasmũ, quibus vix possunt medici beneficio medicamentorum subuenire. Fugiant igitur hanc aquam illa corpora, quæ non nutriuntur, quia siccat: cutis superficiem condensat, seu contrahit: corrugat, senium accelerat, corpus secundum superficiem discolorat, & deformat. Sitim immoderatam promouet, arterias exasperat, vocem impedit, rarificat corpus, caput capillis spoliat, atq; decaluat, articulos manuum, & pedum contrahit, & incuruat. Exemplo sunt leprosi. Sed hæc dicta sunt de siccitate, quando nimium in corpore excesit, & pro ijs nõ est bona hæc aqua: curationem vero optimam facit ijs, qui omnibus malis affectionibus humidis impediunt. Præstat enim curatura eam salubritatem, quam Deo Opt. Max. permittente habere desiderant.

In aqua Pendente die 28. Februarij. 1578. absolutum fuit & castigatum opusculum.

Imprimatur si videbitur R. P. Magistro sacri Palatij. P. Viceg.

LAVS DEO.